DISSERTATIO APOLOGETICA PRO REVELATIONE AC SPONSIONE SS. VIRG. DEIPARÆ MARIÆ, FACTA S. PETRO THOMASIO, PATRIARCHÆ CONSTANTINOP. DE PATROCINIO, ac perpetua Duratione Ordinis Fratrum eiusdem Beatissimæ Virginis Dei Genitricis MARIÆ de monte Carmelo.

Authore P. F. DANIELE A VIRG. MARIA, eiusdem Ordinis.

ANTVERPIÆ,
Apud IACOBVM MEVRSIVM
Anno M DC LIX.

PROLOQVIVM

Quod Ordo Carmelitanus à ſuo primordio fuerit Marianus: & Marianis beneficiis iugiter conſeruatus, ac in finem mundi duraturus. Atquè hinc in ſermonem, & rem ingreſſio.

QVi antiquum, per S. Prophetam ELIAM in Carmelo inchoatum Ordinem, à primo ſuo inſpexerit ortu, vix priùs *Elianum* inueniet, quàm cernat *Marianum*; adeò vt tota Ordinis Vita, nihil quàm *Marianus amor*, nihil quàm *Mariana beneficia* eſſe videatur. Hunc namque *ſacrum Ordinem ipſa Virgo venuſtiſsima, & omnibus virtutum floribus inſignita edidit*

(vt causa scilicet exemplaris, & meritoria, in destinatione diuinæ mentis) sicut summi Ecclesiæ Patres *Sixtus* IV. & *Gregorius* XIII. declarant in suis litteris Apostolicis, *Dum attentâ*, datâ à priore, anno 1477. &, *Vt laudes*, datâ à posteriore anno 1577. Ipse etenim ELIAS in Carmelo nubeculam conspicatus, è mari ascendentem, Virginis Deiparæ typo insignem, ad istius Virginis pariturae, ab ipso tunc diuinitùs præcognitæ, exemplum, imitationem, & honorem, virginalem puritatem, non tantùm ipse seruare, sed & discipulis seruandam tradere, & Ordinem Propheticum eidem consecrare proposuit: quod & mox præstitit: prout copiosè tradit & explanat venerabilis antiquitate, eruditione, & pietate scriptor *Ioannes* Patriarcha Ierosolymitanus, *SS. Hieronymo* & *Augustino* synchronus, libro suo *de Instit. primorum monachorum* per plura capita. Et ante hunc *S. Methodius* Episcopus Tyri, & Martyr: qui claruit tempore Dioclet. Imperat. *in Homil.*

festi

festi Purif. seu *de Simeone, & Anna*, hoc ipsum sufficiẽter innuit, sic alloquens ipsam Sanctissimam Virginem: *Puriritatis etiam tuæ* ELIAS *Propheta præscius, atque imitator spiritu cùm esset, vitæ illius igniferæ sibi coronam colligauit.* Quam autem *coronam sibi* ELIAS *colligauit?* existimo esse eiuscemodi, de qua *Ecclesiastici* 50. scribitur: *circa illum corona fratrum* (discipulorum scilicet, quos in Prophetica Eremitica disciplina instruens, vitæ suæ igniferæ imitatores effecit) *Corona* enim *Senum filij filiorum* vt habetur *Prouerb.* 17. Hinc Ven. P. Io. Bapt. de Lezana *to.* 1. *Annal. Carm. ad annũ mundi* 4086. *n.* 43. post allata præfata *S. Methodij* verba; subiungit: *Ergò* ELIAS *Virginis* MARIÆ *intuitu & virginitatem seruauit, ac cœtum hominum, cælibem vitam agentium, instituit; occasione sumptâ ex nubeculæ visione.* Et paulo post num. 44. *Id verò, quod dicimus,* ELIAM *videlicet ordinem suum Beatiss. Virginis honori nuncupasse, ac proinde hac etiam de causa eiusdem patronatu iure gaudere, ex nostrorum priscorum patrum testi-*

moniis habemus. Testimonia autem illa adfert ibidem consequenter.

Quæ si quis attento inspexerit animo, non mirum ei videbitur Sanctiss. Virginem Dei Genitricem MARIAM tam sollicitam semper pro suo Ordine habuisse curam. Inter persecutiones sęuissimas *Cosdroæ* Regis Persarum, *Homar* & successorum eius Saracenorum, ac Turcarum, ne interiret, conseruauit: Ex Oriente, ne extirparetur, in occiduas partes suâ sub tutela transmisit: transmissum iterum contra æmulos defendit: pro approbatione *Honorium* III. cunctabundum increpuit, & ad dandam instigauit, & imperauit: Carmelitas *suos* esse *Fratres* dixit, & miraculis confirmauit: Confraternitatis suæ signum, materni amoris tesseram, & tutelæ pignus S. SCAPVLARE impertiuit. Magna hæc maternæ solicitudinis indicia, indubitatæ protectionis testimonia: non minus tamen inter omnia, magno zelotæ S. PETRO THOMÆ reciprocæ suæ dilectionis specimen dedit, de duraturo

raturo ad finem mundi ſuo Ordine ſponſionem: hanc obuium commemorat diſtichon

Dum fluet vnda maris, curretq́; per æthera Phœbus,
Viuet CARMELI *candidus Ordo mihi.*

Attingit & alius, dum ad exęſtuantem S. PETRI THOMÆ erga MARIAM amorem mentem dirigens, & illius de immaculata huius Conceptione librum perpendens, de reciproco vtriuſque amore pius cecinit:

Quantus amor! Petrus MARIANVM *prædicat ortum;*
Subſidium Famulo mox venit illa ſuo:
Spondet &, ELIACVS *quod caſum neſciet* ORDO,
Donec erit mundi machina: quantus amor!

Ad hunc reciprocum MARIÆ erga THOMASIVM amorem etiam attendiſſe videtur doctrinæ laude conſpicuus è Societate IESV R. P. *Theophilus Raynaudus*, libro paulò poſt citando, ſcribens:

bens:

bens: Viciſſim Deiparam vinci à ſuis clientibus neſciam, ſuum illi amorem, Ordinique toti fauorem & tutelam ſpopondiſſe.

Singularem hunc beneuolentiſſimæ matris fauorem, perpetuâ firmatum traditione, verbo, ſcriptoque celebratum, in ipſius omnium cordibus inſcriptum, indubitatâ fide, continuâ cum gratiarum actione, conſeruabat Ordo, & venerabatur orbis.

Verum quod *conſt*. 44. Iuſtinianus Imperator conquerens, dicebat: *nihil eſſe in rebus humanis vſque adeò ſemotum ab omni controuerſia, tametſi maximam cum iuſtitia coniunctionem habeat, quod dubitationem ac controuerſiam non recipiat, ſi ſubtiliter animi curas intendas*, hîc contigit: & hæc *Mariana* promiſſio in dubium eſt reuocata.

Fecit hoc amicus Ordinis, de eoque, editione Vitæ S. PETRI THOMASII, benè meritus, Ordinis Minorum hiſtoriographus *P. Lucas VVaddingus*: Citarunt hunc celeberrimi huius temporis Agiographi viri doctiſſimi,

mi, sed suspecto quasi Waddingi, & suo suspenso iudicio, non approbarunt.

Doluit quidem candidus MARIÆ Ordo tantum tam sollicitæ Matris erga THOMASIVM & Ordinem amorem nonnihil istis contradictionum nebubulis obfuscari: gaudet tamen quod inde sibi datam noscat occasionem, declarandi Carmelitarum Ordinem in MARIÆ cura esse, illamque quasi de præcipua hæreditatis parte de illo sollicitam videri. Nouimus enim verum quod dixit Boëtius, *esse operæ pretium, rationes inuicem collidere; quod ex eiusmodi conflictatione pulcherrima quædam veritatis scintilla dissiliat.* Ita *lib.* 3. *de consolat. philosoph.* Ideò rationes aliquas adducere mens est, quibus ad dubitationum silicem allisis, veritatis scintilla dissiliat, & reuelationis, sponsionisque *Marianæ*, sancto PETRO THOMASIO factæ, sine vllo amaritudinis fumo, ignis illucescat. Amantes veritatis, memores sumus charitatis, cogitantes & illa quæ contra Reuelationem

tionem hanc dicta ſunt, veritatis inquirendæ deſiderio dicta: quæ tamen quibuſdam ſuſpicionum, potiùs quàm rationum, nubeculis obuoluta, ſuum latuerit amantem.



S. PETRVS THOMAS ex Ord. Carm. Patr. Const.
Perpetuam ordinis sui durationem a B.V. obtinet.

SS. Virgo Deipara ad B. Petrum Thomasium

PETRE, NE TIMEAS; DVRABIT IN FINEM
CARMELI RELIGIO.

VERITAS
REVELATIONIS AC SPONSIONIS FACTÆ
S. PETRO THOMASIO

Ex Ordine Fratrum Beatiſſimæ Virg. MARIÆ de Monte Carmelo, Patriarchæ Conſtantinop.

De perpetuitate eiuſdem Ordinis, ſeu duratione vſque ad finem mundi

authoritatibus, & rationibus declaratur, ac ſtabilitur.

ARTICVLVS I.

S. Petro Thomaſio factam Reuelationem de duratione Ordinis Carmelitarum teſtificatam poſteris tranſmiſit ipſius diſcipulus Ioannes Hildesheim, doctrinâ & pietate conſpicuus: eadem ex aliis authoribus confirmatur.

1 Reuelatio illa celebris, & Sponſio Beatiſſimę Dei Genitricis MARIÆ *de ſtabilitate & duratione Ordinis Carmelitani vſque ad finem mundi*, facta fuit S. PETRO THOMASIO: quem Ioannes Molanus

Molanus *in Additionibus ad Martyrologium Vsuardi octauo Idus Ianuarij*, hoc elogio commemorat: *Apud Famagustam ciuitatem Cypri;* B. PETRI THOMASII *Patriarchæ Constantinopolitani, Doctoris percelebris, Ordinis Carmeli Professoris; qui post plures de sacræ Crucis inimicis victorias, postque plures conscriptos libros, ac patrata miracula, die ac horâ à se præsignatis, obdormiuit*: & infrà addit in Annotationibus: PETRI THOMÆ, *siue* THOMASII *Vitam scripserunt Philippus Mazzerius Cancellarius Regis Cypri, & Ioannes Fauentius, nondum impressi*. Eius festum solenniter celebratur in toto Ordine Carmelitarum die XXIX. Ianuarij.

S. Petri Thomæ encomium ex Martyrol. Molani.

2 Eiusdem erga Dei-param Virginem singularem deuotionem, & istam Reuelationem ac Sponsionem paucis complectitur Syluester Marulus *in Mari Oceano Religionum titulo de Ordine Carmelitarum* his verbis: *Claruit etiam* F. PETRVS THOMAS *in Vasconia, qui ob magnam erga Beatiss. Virginem deuotionem, ab ea recepit multas reuelationes, inter quas hæc illi dixit: Vsque in finem mundi, Petre, Religio Carmelitarum permanebit, nam* ELIAS, *illius institutor, filio meo apparente in Transfiguratione, hæc eadem postulauit, & impetrauit.*

Ob singularem in Dei-param deuotionē crebrò ab ea visitatur, & reuelationibus illustratur. Celeberrima ea fuit de Stabilitate Ordinis Carmelitar:

3 Ioannes Hildesheim, eruditionis & pietatis famâ celebris, discipulus ipsius S. PETRI THOMÆ, Reuelationem illam ac Sponsionem, prout accepit ex veraci S. Viri, Magistri sui ore, posteris testificatam transmisit, & scriptis commendauit *in libro de Principio Ordinis Fratrum Glo-*

Quæ ex Ioanne Hil-

desheim discipulo ipsius S. Petri Thomasij describitur. *riosissimæ Virginis Dei Genitricis* MARIÆ *contra Detractores cap.* 5. in hunc modum : *Tempore felicis recordationis Domini Clementis Papæ Sexti, fui studens in Auenione, seruiuique pro tunc recolendæ memoriæ Magistro* PETRO THOMÆ, *tunc scholas regenti, viro magnæ scientiæ, magnæ famæ magnæque opinionis quoad sanctitatem vitæ. Cumq; more solito coram ipso dormirem, in sancta nocte Pentecostes, vocibus dulcibus & miris motibus expergefactus, repentè surrexi : de quo & ipse similiter euigilauit. Petij tunc ab eo quid habuisset? ipse verò noluit indicare mihi : multiplicaui preces flexis genibus, & tandem vix obtinui : præmisso tamen iuramento, quod non reuelarem quamdiu foret ipse superstes : & tunc dixit : In tristitia mentis, & feruentibus desideriis obdormiui, desiderans à Beata Virgine Religionis meæ patrocinium & conseruationem. Ipsa mihi respondit: Petre, ne timeas; quia durabit in finem Carmeli Religio nostra, nam & pro ea supplicauit etiam filio meo primus Ordinis Patronus Elias in transfiguratione, & impetrauit. Retulit ista mihi, lacrymantibus oculis ipsius præ gaudio: ex quo & ego ad consimilem fletum prouocabar.*

4 De ipso Ioanne Hildesheim & scriptis eius agunt Ioannes Trithemius Abbas, Antonius Posseuinus, Aubertus Miræus &c. & ante illos Arnoldus Bostius *libro de viris illustrib. Ordinis Carmelit. cap.* 21. sic : *Ioannes de Hildesheim Westphalus & sapientiâ & eloquentiâ latè rutilans, non mediocrem in litterarum cultu laudem consecutus est:*

De doctrina & scriptis Ioannis Hildesheim

est: conscripsit enim librum de Fonte vitæ, alium de Antichristo, librum etiam de tribus Regibus, qui primitiæ gentium Domino Iesu pro se & posteris fecere homagium, alium contra Iudæos, Epitaphium Beati PETRI THOMASII *Constantinopolitani Patriarchæ, hexametris compegit metris: cui alij in Auenione, tempore Clementis Papæ* VI. *vt Elisæus olim Eliæ, ministrauit, vt in quinto capitulo descripti sui Dialogi sequentibus verbis testatur: Tempore, inquit, felicis recordationis* &c. ac consequenter totam Reuelationis historiam ibidem commemorat, iisdem planè verbis quibus iam nunc relata est.

5 Hæc omninò probabiliter confirmantur per illustrem virum Philippum Mazzerium Cancellarium Regni Cypri, authorem authenticæ vitæ S. PETRI THOMASII (de qua latiùs infrà *art.* XI, *num.* 3. *&* 4.) Is etenim *cap.* I. *num.* 4. notabilem valde, & maternalis affectus singulariter demonstratiuam apparitionem ac sponsionem Gloriosiss. Virg. MARIÆ, factam S. PETRO THOMASIO, recitat his verbis: *Eâdem horâ Virgo* MARIA *visibiliter sibi vigilanti, & per dormitorium ambulanti apparuit, ipsum accipiens per cappam, & ducens per dormitorium, sibique dixit: Fili mi, ne dubites de paupertate, quia te non deseram: fortiter studeas, & seruias filio meo & mihi. Quo dicto beata Virgo* MARIA *ab oculis eius euanuit.* Deinde subiungit: *Quod miraculum secretissimè ac deuotissimè, in laudem Virginis, mihi peccatori indigno per caritatem reuelauit, & aliqua*

alia

alia magnalia de ipsa Virgine, quæ propter leuitatem meam, teporem, frigiditatem, imò iniquitatem de memoria (heu) euolauerunt. Vtinam misereatur mei ipsa Domina mea. Inter *Magnalia* illa *alia* quorum se oblitum deplorat Mazzerius, fuisse Reuelationem illam, de qua hoc loco agimus, valdè est verisimile. Hinc sanè constat plura diuina charismata, & cælestes fauores S. PETRO THOMÆ præstitos, à Mazzerio non commemoratos. Quis enim omnia audierit, retinuerit, aut scripto tradere voluerit? Obliuiscimur plerumque, quorum maximè vellemus meminisse. Sic ferè S. Euangelista Ioannes, quamuis non ex obliuione, fatetur de ipso Christo: *Sunt autem,* inquit, *& alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur,* &c. *Ioan. cap. vlt.* Etiam inde vt certissimum id habetur ex graui isto authore Mazzerio ibidem, & in sequentibus, ipsum S. PETRVM THOMAM fuisse eximium Deiparæ cultorem: & *quod in omni necessitate ad ipsam, vt suæ protectionis vmbraculum, & velut ad familiare, tutissimum, ac semper æquè paratum refugium, sicut ad sinum matris paruulus recurrere solet, fiducialissimè confugerit. Ipsa reciprocè tam amorosè, tam familiariter semper eum audiuit, adiuuit, & virtutum plantamina in eo multiplicauit* &c. *quasi eum solum genuisset*, vt loquitur præfatus Bostius eodem *libro de Patronatu cap.* 12. vt mirum cuipiam videri non debeat, quòd pro suo Ordine fauorem istum specialem impetrauerit.

Eximia pietas S. PETRI THOMÆ in Deiparam: à qua crebris apparitionibus recreatur.

6 Quidam

6 Quidam etiam pro ista Reuelatione citant Ioannem Fauentinum, de quo hæc Waddingus *lib. de scriptoribus Ordinis Minorum : Ioannes Fauentinus Guardianus olim Paphensis in Cypro, tantæ virtutis & pietatis vir, vt pro Sancto reputetur apud suos consodales, & in monasterio Clarissarum Misericordiæ Regij Lepidi eius ossa habeantur in veneratione : scripsit Vitam* B. PETRI THOMASII *Ordinis Carmelitarum, Patriarchæ Constantinopolitani, Legati Apostolici, Famagustæ in Cypro defuncti.* Id certum, hunc Ioannem Fauentinum meritis S. PETRI THOMÆ, iam vitâ functi, & nondum sepulturæ traditi, ab angina liberatum fuisse : pro-vt refertur in Appendice ad vitam ipsius S. PETRI THOMÆ : quam ipse Ioannes videtur adiecisse, saltem ex parte. In ea autem commemoratur ista Reuelasse, prout dictum suprà, sub finem articuli præcedentis.

Ioan. Fauent. Ord. Minor. angina liberatur, meritis S. PETRI THOMÆ, *cuius vitã scripsit.*

7 Contigit autem illa Reuelatio & sponsio Dei-paræ Auenione in Pentecoste anno Domini 1351. aut circiter; eo enim tempore ipse S. PETRVS THOMAS Procurator Generalis Ordinis Auenione, vbi tum curia Pontificia erat, degebat. Et Ordinis ipsius conseruatio, aut certè profectus periclitari videbatur; ratione afflictionis magnæ, tum internæ ex grauissima peste vniuersali, tum externæ per æmulos. Hac occasione ipse S. PETRVS THOMAS à Beatiss. V. MARIA, Ordinis patrona, instanter suæ Religionis patrocinium expostulauit.

ARTICVLVS II.

Scriptores recentiores externi adducuntur, qui Reuelationem illam commemorant.

1 INter nostri æui scriptores agmen ducat Antuerpiensis Ecclesiæ Cathedralis quondam Decanus Aubertus Miræus, insignis Antiquitatis scrutator, in historia Carmelitana apprimè versatus, qui expresso *de Origine atque incrementis Ordinis huius* librum conscripsit, Serenissimis Belgarum Principibus Alberto & Isabellæ dedicatum : in quo *cap.* VI. agens de S. PETRO THOMA hæc habet : *Eidem feruentius aliquandò pro sui Ordinis conseruatione & augmento oranti, Deipara Virgo apparuit, inquiens : Confidito Petre, Religio enim Carmelitarum in finem vsque sæculi est perseueratura, Elias namq; eius Institutor iam olim etiam à filio meo in illius Transfiguratione idem petiit, & impetrauit.*

Reuelationē, de qua hic agimus, referunt Aubertus Miræus,

2 Secundus meritò subsequitur præclarus Homiliastes Ordinis Minorum Ioannes de Carthagena *Tract.* 2. *de Ordine Carmelitarum cap.* 5. *& tom.* 2. *homiliarum lib.* 17. *homil.* 2. sic paucis : *B. Virgo reuelauit* S. PETRO THOMÆ, *vt in eius Vita legitur, Ordinem Fratrum de monte Carmelo duraturum vsque ad diem iudicij : manifestum est hoc non*

Carthagena,

non posse verificari de alia Religione, quam de ea quæ nuncupatur S. MARIÆ DE MONTE CARMELO.

3 Adstipulantur alij bini Mariani historici, alter Duacenæ Vniuersitatis Cancellarius Georgius Coluenerius, alter Benedictus Gononus. Ille in suo *Sacratißimæ Virginis* MARIÆ *Kalendario*, pro *die* 29. *Ianuarij*, vbi sic habet: *Reuelatio facta* S. PETRO THOMÆ, *seu Thomasio Patriarchæ Constantinopolitano & Martyre, Ordinis Carmeli Professori, à B. Virgine, de sui Ordinis perpetuitate.* Hanc pòst narrat, dicens: *Eum postulasse à B. Virgine* MARIA, *vt suum Ordinem conseruaret: cui ipsa respondit. Vsque in finem mundi, Petre, Religio Carmelitarum permanebit. Nam* ELIAS *illius Institutor filio meo apparens in Transfiguratione, id postulauit, & impetrauit.* Et fide adhibitâ conceptam Ordinis spem, firmatamque fiduciam suo calculo confirmans, addit ibidem: *Nec dubium id eo fine futurum, vt cum Elia Fundatore suo, se Antichristo opponat.* Ad diem autem sequentem, 30. scilicet *Ianuarij* de Confirmatione Ordinis per Honorium III. factâ, agens post tanta Ordinis magnalia, post prolixam de iis ab Elia institutione, de gloriosa FRATRVM MARIÆ nomenclatione &c. narrationem, pium lectorem ad gratulatorias ita exhortatur voces: *Hîc Deo gratias age, quòd talem Ordinem in finem vsque mundi duraturum excitauerit, & quod eundem per intercessionem Matris suæ hactenùs protexerit.*

Georgius Coluenerius,

Benedictus Gononus: Gononus autem in suo *Chronico SS. Deiparæ Virginis* MARIÆ, *ad annum Christi* 1366. his verbis: *In nocte Pentecostes instantius Virginem* MARIAM *exorauit. Cui apparens illa dixit, vsque in finem mundi, Petre, Religio Carmelitarum permanebit. Nam* ELIAS *illius Institutor filio meo apparente in Transfiguratione pro eadem postulauit.*

4 Iure hic meus erubesceret calamus, si eruditum tersumque, aut R.P. Theophili Raynaudi, aut R P. Godefridi Henschenij è Societate IESV, silentio præteriret calamum; Vterque enim huic nostræ causæ singulariter patrocinatur. *E Societ. Iesu Theophilus Raynaudus,* Ille quidem in libro quem pro illustratione & defensione *sacri Mariani* SCAPVLARIS contra quemdam Aristarchum scripsit: in quo eximiam ipsius S.PETRI THOMASII in Deiparam pietatem, factamque eidem Reuelationem ac sponsionem sic eleganter adornat: *Fideiussorem habeo* PETRVM THOMASIVM *Vasconem, ex Carmelita Parisiensem Doctorem, & Lectorem Theologiæ in aula Pontificia, iussu Clementis* VI. *Pactensem Episcopum, postea Apostolicum Legatum & Patriarcham Constantinopolitanum ritus Latini. Erga B.Virginem, vt Carmelitanæ Religionis alumnum decebat, studio fuit planè singulari. Assiduè nomen* MARIÆ *habebat in ore: & quia, iuxta S. Paulinum, sapor mentis in sermone sentitur, non est dubium quin altè infixum cordi haberet quod iugiter ore versabat .... Sed illud affectus eius in Deiparam testimonium prætereundum non est, quod Immaculatam*

tam Virginis Conceptionem passiuam egregio volumine comprobauit atque tutatus est. Vicissim Deipara vinci à suis clientibus nescia, visibiliter conspicua, addictissimo sibi Petro, spopondit ei perennem tutelam per vitam vniuersam. Quem eundem beneuolentissimæ parentis fauorem Ordini Carmelitano nunquam defuturum accepit inter orandum pro Ordine suo.

Alter verò quia primus ipsius S. PETRI THOMASII Vitam, à Philippo Mazzerio Cancellario Regni Cypri scriptam, edidit, illustrauit & locupletauit Commentario præuio, Notis, Analectis (de quibus latiùs infrà articulo XI num. 3. & 4.) in quibus variis in locis patrocinij, & perpetuæ conseruationis, à Deipara Virgine S. PETRO THOMÆ promissæ, mentionem facit: & in ipsis Analectis vetustorum scriptorum testimonia de ista Reuelatione & Sponsione profert *cap.* I. *num.* 4. ex authore Appendicis ad Vitam S. PETRI THOMÆ (de quâ infrà *art.* 3. *num.* 4.) *cap.* 2. per totum, ex Ioanne Hildesheim: *cap.* 4. *num.* 14. *&* 15. & Arnoldo Bostio. *Godefridus Henschenius*

Tertium ex eadem Societate scriptorem iungo, P. Toussanum Bridoul in annuo B. Virginis triumpho, gallicè conscripto: qui *ad trigesimam Ianuarij*, de Ordinis Confirmatione, ab Honorio factâ, tractans; dum ibi S. P. N. ELIÆ, de nascitura Virgine Deipara Reuelationis, extructique ab ipso ad eiusdem honorem in Carmelo monte Sacelli meminerat, subiungit *Toussanus Bridoul.*

Segerus Pauli. *dictiones, qui ipsius antiquitatem, priuilegia &c. variis modis oppugnabant, &, quantum in ipsis erat, ex hominum memoria eum deleri percupiebant, ipsa clementissima cæli Regina &* CARMELI *tutelaris velut tutissimum in necessitatibus perfugium, anno salutis circiter millesimo trecentesimo quadragesimo octauo (verisimilius quod anno* 1351.) *exorata à deuotissimo famulo suo* PETRO THOMA, *postmodum Constantinopolitano Patriarcha, tunc temporis Auenioni in Galliis sui Ordinis Procuratore Generali, apud Sedem Apostolicam, ipsi apparuerit, & memorabili oraculo eum certiorem reddiderit, de perpetua Ordinis sui duratione, atque de Fundatione & Antiquitate eiusdem. Quæ Reuelatio in officiis propriis Sanctorum huius Ordinis, anno* 1628. *Romæ à Sacra Rituum Congregatione approbata fuit. Vnde & celebres illi D. V. Versiculi.*

Dum fluet vnda maris, curretque per æthera Phœbus,
Viuet CARMELI candidus Ordo mihi.

4 Ex professo autem, prolixè, & eruditè de hac Reuelatione agit P. Thomas Aquinas à S. Iosepho: eamque vt veram, legitimam & sinceram ostendit in *Dissert. historico-theolog. de Patriarchatu* S. ELIÆ *parte* 2. *sect.* 9. *&* 10. per totum. Vnde aliqua adferentur infra *art.* 6. *nu.* 7. *&* 8. Eandem vt certam & indubitatam referunt Ioannes Currifex *in synopsi de sanctis & Doctoribus huius Ordinis,* Philippus Metius *lib. de sanctis eiusdem Ordinis cap.* 3. §. 18. Michael Munioz

Thomas Aquinas à S. Iosepho.

nioz *in Propugnaculo* ELIÆ *lib.2. tit.3. cap.1.art.* 3. Didacus de Coria in ſuo *Dilucidario*, Thomas Saracenus in *Menologio Carmelit. in Vita* S. PETRI THOMÆ, Marcus Ant. Alegre, in *Paradiſo Carmelit. Decoris ſtatu 4. cap.123.* Philippus à SS. Trinit. *in hiſtoria Carmelitani Ordinis lib.5. cap.15.* & alij plures, quos haud facilè quis enumerauerit. *Et alij plures*

5 Inter omnes autem hiſtoricos & ſcriptores de Ordine Carmelitarum iure primas deberi Ven. P. Ioanni Bapt. de Lezana, omnigenâ eruditione, ſcriptorum varietate, & multâ pietate celebri, cenſebit, arbitror, omnis, qui legerit eius quatuor tomos Annalium, Romæ approbatos, & ibidem typis editos, in quibus variis in locis Reuelatio & Promiſſio illa vt indubitata adfertur, & propugnatur. *Lezana Ordinis Carmelitani Analiſta, & Hiſtoriographus præcipuus*

6 In primis *tomo primo in Apparatu cap.6. nu. 7.* illam adducit ad confirmandum Patriarchatum S. P. N. ELIÆ in Ordinem Carmelitarum. Et iterum *ſub finem eiuſdem tomi ad annum mundi 4085. Chriſti autem 33. num. 10.* pertractans glorioſæ Transfigurationis myſterium. Scrupulum in quo Waddingus ceſpitauit (*quod iſte triumuiratus conſeſſus breuiſſimo temporis interuallo durauerit, & feſtinæ ratiocinationi non credibile commendatitios potuiſſe miſceri ſermones*) remouens, ex S. Scripturæ contextu, & Patrum authoritatibus deducit, *Moyſen &* ELIAM *cum Chriſto transfigurato ſermones habuiſſe, & maximè de mor-* *Rationibus VVaddingi ſatisfacit*

te,

Segerus Pauli. *dictiones, qui ipsius antiquitatem, priuilegia &c. variis modis oppugnabant, &, quantum in ipsis erat, ex hominum memoria eum deleri percupiebant, ipsa clementissima cæli Regina & CARMELI tutelaris velut tutissimum in necessitatibus perfugium, anno salutis circiter millesimo trecentesimo quadragesimo octauo (verisimilius quod anno 1351.) exorata à deuotissimo famulo suo PETRO THOMA, postmodum Constantinopolitano Patriarcha, tunc temporis Auenioni in Galliis sui Ordinis Procuratore Generali, apud Sedem Apostolicam, ipsi apparuerit, & memorabili oraculo eum certiorem reddiderit, de perpetua Ordinis sui duratione, atque de Fundatione & Antiquitate eiusdem. Quæ Reuelatio in officiis propriis Sanctorum huius Ordinis, anno 1628. Romæ à Sacra Rituum Congregatione approbata fuit. Vnde & celebres illi D. V. Versiculi.*

Dum fluet vnda maris, curretque per æthera Phœbus,
Viuet CARMELI candidus Ordo mihi.

4 Ex professo autem, prolixè, & eruditè de hac Reuelatione agit P. Thomas Aquinas à S. Iosepho: eamque vt veram, legitimam & sinceram ostendit in *Dissert. historico-theolog. de Patriarchatu* S. ELIÆ *parte 2. sect. 9. & 10.* per totum. Vnde aliqua adferentur infra *art. 6. nu. 7. &* 8. Eandem vt certam & indubitatam referunt Ioannes Currifex *in synopsi de sanctis & Doctoribus huius Ordinis*, Philippus Metius *lib. de sanctis eiusdem Ordinis cap. 3. §. 18.* Michael Munioz

Thomas Aquinas à S. Iosepho.

nioz *in Propugnaculo* ELIÆ *lib.2. tit.3. cap.1.art.* 3. Didacus de Coria in suo *Dilucidario*, Thomas Saracenus in *Menologio Carmelit. in Vita* S. PETRI THOMÆ, Marcus Ant. Alegre, in *Paradiso Carmelit. Decoris statu 4. cap.123.* Philippus à SS. Trinit. *in historia Carmelitani Ordinis lib.5. cap.15.* & alij plures, quos haud facilè quis enumerauerit. *Et alij plures*

5 Inter omnes autem historicos & scriptores de Ordine Carmelitarum iure primas deberi Ven. P. Ioanni Bapt. de Lezana, omnigenâ eruditione, scriptorum varietate, & multâ pietate celebri, censebit, arbitror, omnis, qui legerit eius quatuor tomos Annalium, Romæ approbatos, & ibidem typis editos, in quibus variis in locis Reuelatio & Promissio illa vt indubitata adfertur, & propugnatur. *Lezana Ordinis Carmelitani Analista, & Historiographus præcipuus*

6 In primis *tomo primo in Apparatu cap.6. nu.* 7. illam adducit ad confirmandum Patriarchatum S. P. N. ELIÆ in Ordinem Carmelitarum. Et iterum *sub finem eiusdem tomi ad annum mundi 4085. Christi autem 33. num. 10.* pertractans gloriosæ Transfigurationis mysterium. Scrupulum in quo Waddingus cespitauit (*quod iste triumuiratus consessus breuissimo temporis interuallo durauerit, & festinæ ratiocinationi non credibile commendatitios potuisse misceri sermones*) remouens, ex S. Scripturæ contextu, & Patrum authoritatibus deducit, *Moysen & ELIAM cum Christo transfigurato sermones habuisse, & maximè de morte,* *Rationibus VVaddingi satisfacit*

Segerus Pauli, *dictiones, qui ipsius antiquitatem, priuilegia &c. variis modis oppugnabant, &, quantum in ipsis erat, ex hominum memoria eum deleri percupiebant, ipsa clementissima cœli Regina &* CARMELI *tutelaris velut tutissimum in necessitatibus perfugium, anno salutis circiter millesimo trecentesimo quadragesimo octauo (verisimilius quod anno* 1351.) *exorata à deuotissimo famulo suo* PETRO THOMA, *postmodum Constantinopolitano Patriarcha, tunc temporis Auenioni in Gallis sui Ordinis Procuratore Generali, apud Sedem Apostolicam, ipsi apparuerit, & memorabili oraculo eum certiorem reddiderit, de perpetua Ordinis sui duratione, atque de Fundatione & Antiquitate eiusdem. Quæ Reuelatio in officiis propriis Sanctorum huius Ordinis, anno* 1628. *Romæ à Sacra Rituum Congregatione approbata fuit. Vnde & celebres illi D. V. Versiculi.*

Dum fluet vnda maris, curretque per æthera Phœbus,
Viuet CARMELI candidus Ordo mihi.

4 Ex professo autem, prolixè, & eruditè *Thomas Aquinas à S. Iosepho,* de hac Reuelatione agit P. Thomas Aquinas à S. Iosepho : eamque vt veram, legitimam & sinceram ostendit in *Dissert. historico-theolog. de Patriarchatu* S. ELIÆ *parte* 2. *sect.* 9. *&* 10. per totum. Vnde aliqua adferentur infra *art.* 6. *nu.* 7. *&* 8. Eandem vt certam & indubitatam referunt Ioannes Currifex *in synopsi de sanctis & Doctoribus huius Ordinis,* Philippus Metius *lib. de sanctis eiusdem Ordinis cap.* 3. §. 18. Michael Munioz

nioz *in Propugnaculo* ELIÆ *lib.2. tit.3. cap.1.art.* 3. Didacus de Coria in suo *Dilucidario*, Thomas Saracenus in *Menologio Carmelit. in Vita* S. PETRI THOMÆ, Marcus Ant. Alegre, in *Paradiso Carmelit. Decoris statu* 4. *cap.*123. Philippus à SS. Trinit. *in historia Carmelitani Ordinis lib.*5. *cap.*15. & alij plures, quos haud facilè quis enumerauerit. *Et alij plares*

5 Inter omnes autem historicos & scriptores de Ordine Carmelitarum iure primas deberi Ven. P. Ioanni Bapt. de Lezana, omnigenâ eruditione, scriptorum varietate; & multâ pietate celebri, censebit, arbitror, omnis, qui legerit eius quatuor tomos Annalium, Romæ approbatos, & ibidem typis editos, in quibus variis in locis Reuelatio & Promissio illa vt indubitata adfertur, & propugnatur. *Lezana Ordinis Carmelitani Analista, & Historiographus præcipuus*

6 In primis *tomo primo in Apparatu cap.6. nu.* 7. illam adducit ad confirmandum Patriarchatum S. P. N. ELIÆ in Ordinem Carmelitarum. Et iterum *sub finem eiusdem tomi ad annum mundi* 4085. *Christi autem* 33. *num.* 10. pertractans gloriosæ Transfigurationis mysterium. Scrupulum in quo Waddingus cespitauit (*quod iste triumuiratus consessus breuissimo temporis interuallo durauerit, & festinæ ratiocinationi non credibile commendatitios potuisse misceri sermones*) remouens, ex S. Scripturæ contextu, & Patrum authoritatibus deducit, *Moysen & ELIAM cum Christo transfigurato sermones habuisse, & maximè de morte,* *Rationibus VVaddingi satisfacit*

Segerus Pauli. *dictiones, qui ipsius antiquitatem, priuilegia &c. variis modis oppugnabant, &, quantum in ipsis erat, ex hominum memoria eum deleri percupiebant, ipsa clementissima cœli Regina & CARMELI tutelaris velut tutissimum in necessitatibus perfugium, anno salutis circiter millesimo trecentesimo quadragesimo octauo (verisimilius quod anno 1351.) exorata à deuotissimo famulo suo PETRO THOMA, postmodum Constantinopolitano Patriarcha, tunc temporis Auenioni in Gallis sui Ordinis Procuratore Generali, apud Sedem Apostolicam, ipsi apparuerit, & memorabili oraculo eum certiorem reddiderit, de perpetua Ordinis sui duratione, atque de Fundatione & Antiquitate eiusdem. Quæ Reuelatio in officiis propriis Sanctorum huius Ordinis, anno 1628. Romæ à Sacra Rituum Congregatione approbata fuit. Vnde & celebres illi D. V. Versiculi.*

Dum fluet vnda maris, curretque per æthera Phœbus,
Viuet CARMELI candidus Ordo mihi.

Thomas Aquinas à S. Iosepho. 4 Ex professo autem, prolixè, & eruditè de hac Reuelatione agit P. Thomas Aquinas à S. Iosepho: eamque vt veram, legitimam & sinceram ostendit in *Dissert. historico-theolog. de Patriarchatu* S. ELIÆ *parte 2. sect. 9. & 10.* per totum. Vnde aliqua adferentur infra *art. 6. nu. 7. & 8.* Eandem vt certam & indubitatam referunt Ioannes Currifex *in synopsi de sanctis & Doctoribus huius Ordinis,* Philippus Metius *lib. de sanctis eiusdem Ordinis cap. 3. §. 18.* Michael Mu-

nioz

nioz *in Propugnaculo* ELIÆ *lib.2. tit.3. cap.1.art.* 3. Didacus de Coria in suo *Dilucidario*, Thomas Saracenus in *Menologio Carmelit. in Vita* S. PETRI THOMÆ, Marcus Ant. Alegre, in *Paradiso Carmelit. Decoris statu* 4. *cap.*123. Philippus à SS. Trinit. *in historia Carmelitani Ordinis lib.*5. *cap.*15. & alij plures, quos haud facilè quis enumerauerit. *Et alij plures*

5 Inter omnes autem historicos & scriptores de Ordine Carmelitarum iure primas deberi Ven. P. Ioanni Bapt. de Lezana, omnigenâ eruditione, scriptorum varietate, & multâ pietate celebri, censebit, arbitror, omnis, qui legerit eius quatuor tomos Annalium, Romæ approbatos, & ibidem typis editos, in quibus variis in locis Reuelatio & Promissio illa vt indubitata adfertur, & propugnatur. *Lezana Ordinis Carmelitani Analista, & Historiographus præcipuus*

6 In primis *tomo primo in Apparatu cap.*6. *nu.* 7. illam adducit ad confirmandum Patriarchatum S. P. N. ELIÆ in Ordinem Carmelitarum. Et iterum *sub finem eiusdem tomi ad annum mundi* 4085. *Christi autem* 33. *num.* 10. pertractans gloriosæ Transfigurationis mysterium. Scrupulum in quo Waddingus cespitauit (*quod iste triumuiratus confessus breuissimo temporis interuallo durauerit, & festinæ ratiocinationi non credibile commendatitios potuisse misceri sermones*) remouens, ex S. Scripturæ contextu, & Patrum authoritatibus deducit, *Moysen & ELIAM cum Christo transfigurato sermones habuisse, & maximè de morte,* *Rationibus VVaddingi satisfacit*

git (Gallico idiomate, ſic in latino ſonante) *ſi intelligere deſideres, quanti hanc Religionem cœlum æſtimet; quære quid reuelatum fuerit* S. PETRO THOMASIO *eiuſdem Ordinis Religioſo (qui Conſtantinopolitanus Patriarcha, ac poſtea Martyr fuit) quod Carmelitanus Ordo ad finem mundi ſit duraturus; quodque S Propheta* ELIAS *gratiam illam à Saluatore noſtro in Transfiguratione rogauerit.*

Pro adſtruenda veritate Reuelationis & Sponſionis, quam defendimus, iſti ſufficiant; hinc, aliis referendis ſuperſedentes, ad domeſticos teſtes, ſcriptores Ordinis Carmelitani tranſeamus.

ARTICVLVS III.

Authores domeſtici prodeunt, pro eiuſdem Reuelationis veritate adſtruenda.

De hac Reuelat. traditio receptiſſima in Ordine Carmel.

1 QVod Ordinis hiſtorici, in rebus ad ipſum ſpectantibus, veluti legitimi teſtes audiendi ſint, infra *art.* XI *num.* 1. declarabimus. Receptiſſima autem eſt illa apud omnes Ordinis huius profeſſores traditio, de Reuelatione & Promiſſione hac Deiparæ Virginis: præcipuos dumtaxat aliquot referemus. *Primus* occurrit pius æquè ac doctus V. P. Thomas à Ieſu Commiſſarius Generalis Carmelit. Diſcalc. Congreg. S. ELIÆ per Belgium & Germaniam,

maniam, in erudito opere *de variis Regulis Carmelit. tom.*1*.cap.*1.*§.*1, circa medium vbi sic: *In primis proferam illustrationem, & Reuelationem* S. PETRO THOMÆ *relatam; is enim dum Virginem, nostræ Religionis Patronam, pro illius conseruatione precaretur, tale Virginis accepit responsum: Confide fili, vsque in finem mundi Religio Carmelitarum permanebit. Nam* ELIAS *illius Institutor, filio meo apparenti in Transfiguratione, pro eadem causa supplicauit, & impetrauit. Huius Reuelationis testes sunt nostri Ordinis scriptores, monumentaq; omnia.* Notanda illa: *Testes sunt huius Ordinis scriptores, monumentaq; omnia.* *De ea scribunt Thomas à Iesu,*

2 Isti adstat Ven. P. Petrus Wastelius, Prouinciæ nostræ Belgicæ quondam Prouincialis, & Hiberniæ Commissarius Generalis, qui ordinis huius historiam magnoperè illustrauit; nam annis triginta & amplius specialiter studia sua eò direxit, vt abdita erueret, manifestaret, & certa ab incertis secerneret. Is pro adstruenda fide huiusce sponsionis prolixè scribit *lib.*1.*Vindiciar. pro Ioanne Ierosolymitano sect.* 5.*art.*14. vnde aliqua adducentur hic infrà *art.* 7.*num.*4.*&* 5. *VVastelius,*

3 In eodem studio totam ferè vitam consumpsit eruditus scriptor Segerus Pauli, Coloniensis: qui in libro inscripto *funiculus triplex viginti quatuor beneficiorum nodis contextus*: nodo XXI. habet sequentia: *Quod dum iterato repullularent aduersus hunc Ordinem quorundam contra-*

Segerus Pauli, *dictiones, qui ipsius antiquitatem, priuilegia &c. variis modis oppugnabant, &, quantum in ipsis erat, ex hominum memoria eum deleri percupiebant, ipsa clementissima cæli Regina &* CARMELI *tutelaris velut tutissimum in necessitatibus perfugium, anno salutis circiter millesimo trecentesimo quadragesimo octauo (verisimilius quod anno* 1351.) *exorata à deuotissimo famulo suo* PETRO THOMA, *postmodum Constantinopolitano Patriarcha, tunc temporis Auenioni in Galliis sui Ordinis Procuratore Generali, apud Sedem Apostolicam, ipsi apparuerit, & memorabili oraculo eum certiorem reddiderit, de perpetua Ordinis sui duratione, atque de Fundatione & Antiquitate eiusdem. Quæ Reuelatio in officiis propriis Sanctorum huius Ordinis, anno* 1628. *Romæ à Sacra Rituum Congregatione approbata fuit. Vnde & celebres illi D. V. Versiculi.*

Dum fluet vnda maris, curretque per æthera Phœbus,
Viuet CARMELI candidus Ordo mihi.

Thomas Aquinas à S. Iosepho, 4 Ex professo autem, prolixè, & eruditè de hac Reuelatione agit P. Thomas Aquinas à S. Iosepho: eamque vt veram, legitimam & sinceram ostendit in *Dissert. historico-theolog. de Patriarchatu* S. ELIÆ *parte* 2. *sect.* 9. & 10. per totum. Vnde aliqua adferentur infra *art.* 6. *nu.* 7. & 8. Eandem vt certam & indubitatam referunt Ioannes Currifex *in synopsi de sanctis & Doctoribus huius Ordinis,* Philippus Metius *lib. de sanctis eiusdem Ordinis cap.* 3. §. 18. Michael Munioz

nioz *in Propugnaculo* ELIÆ *lib.2. tit.3. cap.1.art.* 3. Didacus de Coria in suo *Dilucidario*, Thomas Saracenus in *Menologio Carmelit. in Vita* S. PETRI THOMÆ, Marcus Ant. Alegre, in *Paradiso Carmelit. Decoris statu 4. cap.123.* Philippus à SS. Trinit. *in historia Carmelitani Ordinis lib.5. cap.15.* & alij plures, quos haud facilè quis enumerauerit. **Et alij plures**

5 Inter omnes autem historicos & scriptores de Ordine Carmelitarum iure primas deberi Ven. P. Ioanni Bapt. de Lezana, omnigenâ eruditione, scriptorum varietate, & multâ pietate celebri, censebit, arbitror, omnis, qui legerit eius quatuor tomos Annalium, Romæ approbatos, & ibidem typis editos, in quibus variis in locis Reuelatio & Promissio illa vt indubitata adfertur, & propugnatur. ***Lezana Ordinis Carmelitani Analista, & Historiographus præcipuus***

6 In primis *tomo primo in Apparatu cap.6. nu.7.* illam adducit ad confirmandum Patriarchatum S. P. N. ELIÆ in Ordinem Carmelitarum. Et iterum *sub finem eiusdem tomi ad annum mundi 4085. Christi autem 33. num. 10.* pertractans gloriosæ Transfigurationis mysterium. Scrupulum in quo Waddingus cespitauit (*quod iste triumuiratus consessus breuissimo temporis interuallo durauerit, & festinæ ratiocinationi non credibile commendatitios potuisse misceri sermones*) remouens, ex S. Scripturæ contextu, & Patrum authoritatibus deducit, *Moysen & ELIAM cum Christo transfiguratо sermones habuisse, & maximè de morte,* **Rationibus VVaddingi satisfacit**

te, quam passurus erat. Rationem subiungit: *Est etiam satis rationi conueniens, tum quia, si nihil cum Christo loquerentur, sed essent veluti simulacra muta, æstimari potiùs possent ab Apostolis phantasmata præstigiosa, quàm veri Moyses & ELIAS; tum quia vix possent eos pro talibus agnoscerere, nisi loquentes audiissent, & ex sermonibus eorum, qui essent, coniecissent. Vnde Theophylactus ex colloquiis, quæ inter se miscebant, ab Apostolis cognitos fuisse putat.* Deinde sub finem *num.* II. infert: *Credat* (Waddingus) *de multis tunc collocutos fuisse Moysen & ELIAM cum Christo, prout ex Doctoribus relatis adducitur, ac opportunè eâ occasione, & Moysen pro Synagoga, cuius Princeps erat, ac* ELIAM *pro suo Prophetico Instituto, cuius fuit caput, Christum interpellare potuisse, quem sciebant communem esse hominum aduocatum apud Patrem.* Quod confirmabitur ex infrà adducendis ex Origine, de Moyse, orante pro populo Israelitico: vt pro illo Moysen tunc orasse non Cauriensis appareat (vt Waddingus loquitur) commentum, sed verus super librum Numerorum noscatur Origenis Commentarius.

Probans Transfigurationis Mysterium non breuissimo tempore *fuisse peractum.*

7 Specialiter autem de hac Reuelatione & sponsione B.V. MARIÆ agit *tomo 4. ad annum Christi* 1351. quo illam contigisse autumat: vbi; *celebris*, inquit, *etiam illa Beatiss. Virginis Reuelatio nostro beato* PETRO THOMÆ *facta, circa hoc tempus contigisse videtur:* & infra: *Scriptorum etiam nostri Ordinis veneranda cohors eam Reuelationem*

nem recipit, refert, & approbat . . . Imò quoad substantialia in ea contenta approbauit sacra Congregatio Rituum, in Lectionibus Officij eiusdem S. PETRI THOMÆ, *sub Vrbano* VIII. Verba illa ex Officio à S. Congregatione Rituum approbato, adferemus infrà *sub finem articuli quinti*. Tandemque *num.6. sub finem*, concludens: *facescat*, ait, *etiam scrupulus eiusdem, quod videlicet mirabile ipsi VVaddingo appareat, quod* ELIAS *in Transfiguratione Christum Seruatorem pro suo grege Carmelitico orauerit*. Et paucis interiectis: *Certè prudens nullus refragabitur, quin sicut Moyses, qui vnus ex testibus Transfigurationis fuit, iure potuit pro Synagoga, cuius Legifer fuerat, Christum interpellare, sic & E*LIAS *testis alter pro monastico statu, à se in Carmelo initiato. Esto etiam quod vterque, pro-vt Euangelista ait, de excessu Christi præcipuè, & principaliter loqueretur.*

Scriptorum Carmelit. cõcors traditio huius Reuelationis

Moyses pro populo Israël, & ELIAS *pro statu Monastico orãt in Transfig.*

ARTICVLVS IV.

Adferuntur historici vetustiores, qui dictam Reuelationem scriptis tradiderunt.

1 CIrca annum Christi 1490. florebat celebris Carmelitani Ordinis Historicus Ioannes Paleonydorus, qui *lib.3. historiæ Carmelitanæ cap.* 12. Reuelationem prædictam commemorat

Reuelat. huius meminit Ioan. Paleonidorus.

memorat succinctè his verbis: *Post frequentes Orationes pro Ordinis nostri stabilitate in nocte Pentecostes instantius Virginem* MARIAM *exorauit; cui apparens illa dixit: vsque in finem mundi, Petre, Religio Carmelitarum permanebit; nam* ELIAS *illius institutor, filio meo apparente in Transfiguratione, pro eadem causa postulauit, & impetrauit.*

Arnoldus Bostius, celebratus à Sandero,

2 Paleonydorum præcessit Arnoldus Bostius, de quo Sanderus in *libro de Gandensibus* eruditionis famâ claris. *Arnoldus,* inquit, *Bostius, Gandensis, vir diuinarum ac secularium litterarum summus, Theologus ac Philosophus acutissimus, Orator ac Poëta mellitus, vitâ quoque ac conuersatione optimus, & irreprehensus. Scripsit volumen insigni Prosâ ac versu, quo luculenter ostendit, Ordinis sui à gloriosâ semper Virgine* MARIA *protecti prærogatiuam, originem ac progressum, cui titulum fecit de Patronatu* MARIÆ. *Item de illustribus viris Carthusianorum lib.* 1. *de illustribus viris sui Ordinis: de Purissimâ Conceptione Dei genitricis contra Vincentium de nouo Castro Dominicanum lib.* 1. *Epistolarum ad diuersos lib.* 1, *de quatuor nouissimis lib.* 1. *Carmina item diuersa, & alia complura . . . . Hermolaus quoque Barbarus Patritius Venetus, Patriarcha Aquileiensis, omnium sui seculi doctissimus, scripsit ad hūc Bostium, eiq́, opusculum quoddam Dionysij Areopagitæ è græco in latinum sermonem conuersum dedicauit.* Hæc & alia Sanderus. Trithemius quoque, Posseuinus,

& alii,

Miræus, Franciscus Swertius in Athenis Belgicis, & plures alij eundem Bostium *virum præclarissimum,*

clarißimum, Carmeli Gandensis decus, & similibus epithetis compellant. Hic in præfato opere, *de Patronatu B. Virginis* MARIÆ *cap.* 12. historiam, de qua agimus, paulò prolixiùs stylo suo adornatam sic refert: *Cum semel deuotus laudum* MARIÆ *propagator in sacra nocte Pentecostes feruentibus desideriis à dulcißima, præpotentiq; Patrona* MARIA *suæ Religionis Patrocinium efficax, & iugem conseruationem humillimè petiisset, ipsa vultu & habitu coruscans, Petri tamquam familiaris, tamquam alterius sui, confidentius ingressa cubiculum, affatu piißimo, responsum flammiuomum, fauo ac melle prædulcius, ei dedit: Ne timeas, inquiens, mi Petre: Audi popule meus, peculiaris grex Carmelitane, & contestabor te: Recordabor vtique semper fœderis mei, quod pepigi vobiscum: durabit igitur vsque in finem religio nostra, charißimorum & desideratißimorum fratrum meorum congregatio gaudium meum & corona mea: nam & pro ea supplicauit filio meo, & impetrauit primus Ordinis Patronus* ELIAS, *dum ei transfigurationis suæ tempore, in gloria & maiestate coapparuit, excessum feruentißimæ charitatis, quem completurus erat in Ierusalem, cum mansuetißimo Moyse, reuoluens. O charitas immensa visceruм maternorum! O res dictu mirabilis, mirabilis item cogitatu. O multum excessiua dilectio Reginæ maiestatis immensæ, per tam lactiflua verba patescens! Quibus dictis suus discipulus, qui coram ipso dormiuit, à somnio expergefactus, magistri pedibus aduoluitur, preces multiplicat, vt omnem cælestis visionis seriem reserare dignetur. Tandem exauditur,*

Eandem eleganter describit.

ditur, iuramento præmisso, quod nil eorum reuelaret alicui quamdiu superuiueret collocutor Virginis tam familiaris. Deinde post alia multa pro eiusdem Reuelationis & Promissi commendatione ac confirmatione, subiungit. *Non est etiam verisimile, quod Deus negare velit Religioni Carmeli, præfructiferæ Matris suæ Familiæ, quod omnibus dedit. Hactenùs enim quælibet Religio durauit ad minus vsque ad mortem sui Fundatoris; Patronus autem & Fundator Noster* ELIAS *Propheta sanctiloquus, Virginum quoque flos primitiuus, nondum mortuus, Paradisi iam colonus est.*

Et etiam Balduinus Leersius

3 Bostio coætaneus, aut paulò anterior Balduinus Leersius, vir doctus, & B. Virgini MARIÆ singulariter deuotus, viuebat Atrebati ante annos circiter ducentos, qui *in Collectario exemplorum & miraculorum cap.*7. cuius titulus est: *De Reuelatione facta à Virgine Gloriosa* MARIA S. PETRO THOMÆ *de Ordinis firmitate & duratione & prophetia cuiusdam*: Reuelationis & huius & Promissionis historiam describit iisdem ferè verbis quibus illam tradit Ioannes Hildesheim (de quo artic. sequenti) vltima sunt hæc, ipsius Deiparæ ad S. Petrum Thomam pro Religionis suæ patrocinio & conseruatione feruenter deprecantem: *Petre ne timeas quia durabit in finem Carmeli Religio nostra, nam & pro ea supplicauit filio meo primus Ordinis Patronus* ELIAS *in Transfiguratione & impetrauit, & ego similiter ero ei patrocinium fidele.* Addit deinde pro confirmatione:

tione: *De ipsa duratione longè prophetauit S. Prophetissa Hildegardis, quæ fuit in monte S. Ruperti propè Pingweam Moguntinensis Diœcesis, quæ & fuit contemporanea B. Bernardi & Eugenij Papæ, quæ prophetauit de Religiosis sub figura equorum; quia sicut equi portant homines per terras, sic & isti longe lateq; portant verbum Dei & pondus veritatis. Prædicatores dixit equos nigros, Minores griseos. De Carmelitis verò sic ait*: Venient equi varij coloris, eorum egressio ab Oriente in Occidentem, sed mutato vellere paulatim incedent, & progressio eorum ab Occidente in Orientem. Hi primi & nouissimi. Venient, *inquit, supple ad partes nostras, de vltramarinis partibus, in quibus iam diu præfuerunt* : qui varij coloris, *quia per aliquod tempus portauerunt cappam barratam, siue ex albo & griseo partitam, vt ponit Cyrillus Propheta & Eremita montis Carmeli, ad Ioachim Abbatem. Et hoc ideò quia Homar Rex Arabiæ, cum terram sanctam cepisset, molestè ferebat quod nostræ Religionis Professores veste albâ incederent, quia eius Satrapæ albis induebantur, ideo Fratribus interdixit album pallium. Sed diu post, inspirante Deo, dimiserunt : Et Bonifacius Papa* VIII. *reassumptionem albæ cappæ confirmauit, anno Domini* MCCLXXXXV. *Romæ apud S. Petrum Pontificatus sui anno primo. Bulla est in Conuentu Londoniæ.* Et hi primi & nouissimi. *Est rationis quod sint vltimi; quatenus veniens* ELIAS, *& aduersus antichristum prædicaturus, illos quorum patronus extiterat inueniat superstites in vita, vt cum ipso prædicent veritatem :*

Prophetia S. Hildegardis de Ord. Carmelit.

In quo varius fuit color habitus superioris,

primũ albus, dein barratus, & denique iterũ albus.

Bonif. VIII. *reassũptionem cappæ albæ confirmat anno 1295.*

Carmelitæ cum S. P. ELIA contra Antichristū prædicabunt.

ritatem: & verisimile est, quod cum ipso glorioso martyrio coronabuntur, nam & præteritis temporibus multi ipsorum in terra sancta per Saracenos martyrizati sunt. Hactenùs Balduin. Leers.

4 Nec prætermittendus hic vetustus author Appendicis ad Vitam S. PETRI THOMÆ, prout habetur in Chronico vniuersali MS. circa annum Christi 1480. compilato à Theodorico Pauli Gorcomiēsi Presbytero: quod extat in bibliotheca Patrum Societatis Iesu Antuerpiæ: & inde Vita ipsius S. PETRI THOMÆ desumpta, & primum edita fuit, vnà cum ista Appendice, in qua Reuelatio ista etiam describitur, eodem quidem sensu, vt ab aliis, verbis tamen nonnihil differentibus. In fine autem additur: *Et S. Petrus regratians Deo & Virgini* MARIÆ *Missam de ea celebrauit, & secundâ die in Transfiguratione Domini, eò quod Ordinis sui memoria tunc facta fuisset.* Appendix illa impressa est post Vitam S. PETRI THOMÆ *in Actis Sanctorum ad diem* XXIX *Ianuarij* & in Vita eiusdem, deinde seorsim edita *in Analectis cap.* I. *num.* 4.

ARTI-

ARTICVLVS V.

Authoritate Ecclesiæ, seu sacræ Congregationis Rituum Apparitio & sponsio illa confirmantur.

1 SAcra Rituum Congregatio, *ab eo qui Christianæ Religionis est caput, de splendore Diuini cultûs iudicandi potestatem habens,* inter alia Ecclesiastica Officia, propria Ordinis Carmelitarum, etiam illud quod in festo S. PETRI THOMÆ, ad diem XXIX Ianuarij legitur, approbauit sub Paulo V. anno 1609. subscribente Eminentissimo Cardinali Bellarmino, & sub Vrbano VIII. anno 1628. recognoscente & subscribente Eminentiss. Card. de Torres. In illo autem Officio, ad Matutinum, *lect.* 5. hæc habentur: *Pro sui Ordinis perpetua conseruatione, & augmento frequentes ad Deum, & Beatissimam Virginem orationes fundens, intimaq; inter orandum edens suspiria, ipsâ nocte Pentecostes, cum id instantiùs postularet, à Beatissima Virgine mirabili hoc responso dignatus est: Confidito Petre, Religio enim Carmelitarum in finem vsque seculi est perseueratura.* ELIAS *namque eius Institutor iam olim etiam à filio meo id impetrauit.*

Reuelatio ista probata est à S. Cõgregatione Rituum.

2 Quid autem sit illa sacra Congregatio, & quanti ponderis censenda ea, quæ approbauerit, expendit Thomas Aquinas à S. Iosepho,

pho, *part.2. sect.6. libri supra articulo 2. relati. Sacræ Rituum Congregationis quanta sit in Ecclesia authoritas, & quanti momenti & ponderis censenda sint ea, quæ illa suo calculo adprobat, adprobataq; in Ecclesia vniuersa assumi, & vulgari permittit, id solum nescire poterit, qui à quo Congregatio illa instituta, in quem finem præstituta, & ex quibus hominibus constituta sit, ignorabit: ille verò qui hoc rescierit, & compertum habuerit, Approbationes & Decreta eius plurimæ esse authoritatis non poterit inficiari. Enimuerò sacra illa Congregatio nihil aliud est, quàm cœtus aliquot Illustrissimorum, & non tam purpurâ sua, quam doctrinâ & morum grauitate eminentissimorum Cardinalium, qui de mandato & institutione Sanctissimi & supremi Ecclesiæ Moderatoris ritus, cæremonias, & (vt cætera omittam quæ eorum examini, & iudicio subsunt) officia Ecclesiastica in Ecclesia assumenda sibi oblata, diligenti & accurato examine, aut reprobant, & ab Ecclesia, vt lumine indigna, eliminant, aut adprobant, & in Ecclesiastico officio legi & cani permittunt.* Hæc ille.

Quid autē illa sit: & in quem finem instituta.

3 Rationis huius energiam ponderat R. P. Irenæus à S. Iacobo in *Tract. Theolog. de singulari immaculatæ Virginis protectione cap.1. §.2.* vbi in simili, rectè monet, licet sic approbatâ fide diuinâ non ita sint suscipienda, vt illis refragari grande piaculum sit, declarat tamen eiuscemodi maiorem habere moralem certitudinem, quam ex cuiusuis priuati authoris narratione. *Id enim*, ait, *euincunt duo.* Primum, *purpuratorum*

Patrum

Patrum examen. Alterum, *S. Pontificis in Decretum Patrum consensus. Enimuerò si authoris nomen, si ingenium, pietas atque diligentia pondus faciat; quis suspectam habeat lectionem, Eminentissimorum munitam suffragio, quos sapientiâ, ingenio, diligentiâ, imò & zelo diuinæ legis sacrorumq; rituum, cæteris eminere, vt purpurâ, nescit nemo? Quis reiiciat, quod Bellarminus ex nomine ipso clarissimus, post diligens examen probauerit, atque subscriptum voluerit, num in cæteris concedemus cautos & diligentes, in hac sola visione desides, caligantes & deceptos, vt rem quam non legerint, aut lectam sufficienti assertam fundamento non putauerint, suo cortoborauerint suffragio? sanè pleraque narrantur vera quæ diuinis Officiis non censentur inserenda: iis verò ne quid immisceatur falsi, aut dubij, summa est Cardinalium cura, quibus id muneris à S. Pontifice fuit commissum, venio ad assensum Pontificis quo Cardinalium Decretum (vt mos est) confirmauit.* Et aliquibus interiectis: *Dicendum Pontificis sententiam, præmisso potissimùm doctissimorum Cardinalium (vt hîc contingit) examine, fidem facere maiorem saltem, quam si priuato ab authore eadem emanaret.*

Quanti ponderis & authoritatis censenda ea quæ approbauit.

4 Ibidem consequenter §. 3. retundendo impetum cuiusdam oppositionis, ratione Officij S. Brunonis, vnde aliquando quædam fuêre expuncta, intentum magis corroborat. Argumentum hoc latiùs prosequuntur & vrgent dicti Authores ibidem.

ARTICVLVS VI

Apparitio illa & promissio Deiparæ ad Regulas Mysticæ Theologiæ ponderatæ: atque ad Reuelationum & Visionum cotem examinatæ; vt legitimæ, sinceræq; probantur.

Eadem occasione doctrina de Diuinis Reuelationibus, ac Visionibus, scitu necessaria, traditur.

Omni tempore Dei amici in hoc mundo Reuelationibus & Visionibus cælestibus visitati:

1 SCripturæ sacræ, non minus quàm cælum stellis, refertæ sunt reuelationibus, & visionibus, factis, tunc in veteri lege antiquis Patribus, Patriarchis, Prophetis: tum in Noua Apostolis, & Discipulis. Exinde autem nullum sæculum, nulla ætas, nullum tempus effluxit, quo Deus amicis suis hoc modo se non communicauerit, & eiuscemodi reuelationibus, visionibus, allocutionibus, aut per seipsum, aut per Beatissimam Virginem MARIAM, vel per Angelos, vel per Sanctos, homines instruxerit, consolatus fuerit, seu futura, præsentia, præterita, parum nota, reuelauerit. Quod perspicuum est ex præcipuis Ecclesiæ Patribus Hieronymo, Augustino, Gregorio, Bernardo, Cassiano & aliis, qui diuinas reuelationes suis temporibus factas approbarunt, laudarunt, scriptis suis inseruerunt,

inseruerunt, posterisque transmiserunt.

2 De istis agunt specialiter S. Vincent. Ferrer. *tract. de vita spirit. cap.* 11. *&* 12. Gerson *tract. de probat. spirituum*, Turrecremata *in præfat. Defensor. Reuelationis B. Brigittæ*, Del Rio *Disq. magic. lib.* 4. *cap.* 1. *q.* 3. Medina *in* 3. *part. q.* 25. *art.* 3. Ioan. à Iesu Maria *in Theol. Myst. cap.* 8. & Franciscus Ribera latissimè *libro primo vitæ S. Teresiæ* sub initium: vbi, à D. Dionysio Areopagita incipiens, per omnia sæcula diuagatur, in iis factas Sanctis & amicis Dei reuelationes, ex Patribus, & grauissimis scriptoribus, magnâ copiâ & singulari elegantiâ recenset. *Authores de Reuelat. & Vision. tractantes.* *Latissimè Ribera*

3 Hinc meritò Abbas Lætiensis Ludouicus Blosius, peritissimus rerum spiritualium magister, multâque pietate & eruditione celebris, *in præfatione* quam præfixit *Monili spirituali*, quod reuelationibus plurimis tamquam præclaris quibusdam gemmis (vt ipse loquitur) exornatum emisit in lucem, statim à limine præmonendum censet lectorem suum, *ne peruersum quorumdam hominum iudicium sequatur, qui reuelationes ac visiones diuinas ceu vanißima somnia contemnendo, se parum spirituales & humiles esse ostendunt.* Quod monitum, planè aureum, & cedro dignum notent arguti quidam, & parum pij homines sugillantes tamquam nouum sit, & inauditum in Ecclesia Dei huiusmodi communicationum diuinarum genus: at cedo illis ipsis id insolitum esse, & incognitum; vtpote car- *Reuelationes & Visiones eiuscemodi ignorant carnales: norũt per experiẽtiam humi-*

 nalibus

les & deuotimulti. nalibus & elatis: quod tamen frequens eſt, ſpiritualibus, humilibus, ſpecialibus amicis Dei: qui *Declarationem ſermonum ſuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. pſal.* 118. eſt enim Patri cæleſti conſuetum (ipsâ veritate atteſtante) *abſcondere hæc à ſapientibus & prudentibus* ſecundùm carnem: *& reuelare ea paruulis* per humilitatem *Mat.* 11.

Diuinæ ſeu cæleſtis viſionis ſigna tria. 4 Diuinæ autem reuelationis, ſeu viſionis conditiones, & ſigna varia à Theologis adferuntur: nos breuitati conſulentes illa compendio ad tria reducemus, cum Lezana noſtro *tomo* 4. *Annal. ad annum Chriſti* 1251. *num.* 13. *Primum ſi Sanctorum & doctorum iudicio comprobetur: ſecundum ſi ſanctitati illius cui facta creditur, innitatur: ac demum tertium, ſi conformem ſacræ & veræ fidei doctrinam contineat, nec pietati repugnans.*

Illa Reuelationi factæ S. Petro Thomæ conueniunt. 5 Quæ vt intento noſtro applicemus, *Primum* Reuelationi, de qua agimus, congruere, refragari poteſt nemo; cum illa nedum à toto Carmelitico cœtu, in quo Dei gratiâ, quamplurimi ſanctitate & doctrinâ illuſtres extiterunt, ſed & ab exteris non paucis, quorum aliquos ſuprà retulimus, recepta & comprobata fuerit. Accedit præcipuæ authoritatis teſtimonium Sacræ Congregationis Rituum, de quo articulo præcedenti.

6 *Secundum* autem nullam pati difficultatem poteſt; cum S. PETRI THOMÆ Sanctitas Eccleſiæ calculo, miraculis teſtantibus, hiſtoricis

C 5 referentibus,

referentibus, indubitata sit. Sicut etiam eximia ipsius in Deiparam Virginem pietas, de qua mellifluus Bostius *libro supra memorato cap.* 12. sic: B. PETRVS THOMASIVS *Carmelitanæ Regulæ districtissimus obseruator, Pactensis Antistes, & Patriarcha Constantipolitanus, totius quoque Ecclesiæ (cuius gloriosus filius, cultor frugifer, & propugnator strenuissimus extitit) fortis ac splendidissima columna, à teneris vnguiculis super amabilissimam Virginem* MARIAM *indicibili amore complexus est, factaque est ex feruenti dilectione continuoque & fideli cultu inter eum & illam imperialis authoritatis Reginam tanta familiaritas, tanta de eius pietate fiducia quanta inter filium & matrem affectuosissimè dilectam vlteriùs esse posset.* An non hinc credibile omnino, quod vicissim Deipara vinci à suis clientibus nescia, visibiliter conspicua addictissimo sibi Petro, pro Ordine suo instanter & feruenter oranti, perennem tutelam, & fauorem nunquam defuturum spoponderit, prout supra relati authores tradiderunt?

7 Restat *Tertium* discutiendum, & probandum, quod Reuelatio ista nil Sacræ Scripturæ, aut Ecclesiasticis dogmatibus, aut pietati contrarium, seu minus cohærens contineat. Illud Thomas Aquinas à S. Ioseph Carmel. Discalc. *in Dissert. historico-Theol. de Patriarchatu Eliæ part.* 2. *sect.* 10. doctè & copiosè declarat theologico discursu, quem nonnihil contractum damus; In Reuelatione ista quatuor hæ *Vt benè probat Thomas Aquinas à S. Ioseph.*

propoſitiones continentur: Prima S. PETRO THOMÆ *miro deuotionis affectu pro ſui Ordinis afflicti perpetua duratione deprecanti Sanctiſſimam Virginem Deiparam Religionis Patronam, ipſa eidem apparuit, & locuta fuit.* Secunda, *Ordo Carmelitarum in finem vſque mundi durabit.* Tertia, *S. Propheta* ELIAS *eſt eiuſdem Ordinis Inſtitutor.* Quarta, *Ipſe S. Propheta* ELIAS *olim in Transfiguratione, pro perpetua illa Ordinis duratione orauit, & impetrauit.* Quod nulla iſtarum propoſitionum aliquid dogmatibus Eccleſiaſticis repugnans, aut pietati parum conſentaneum contineat, contendo, & oſtendo. Et quidem ſufficeret haud dubiè, vniuerſim dicere, Reuelationem illam, in Officio illo PETRI THOMA, quod à ſacra Rituum Congregatione & recitari, publicè in Eccleſia, & edi etiam permiſſum eſt, contineri, & legi; ſingulas propoſitiones placet attingere breuiter, & peraccuratè. *primam* ſanè nemo Catholicus, nemo pius, tantillum dixerit aut Eccleſiaſtico dogmati aut pietati repugnare; cum in Eccleſia nouum non ſit B. Virginem amantiſſimos ſuos ſeruos præſentiâ ſuâ recreare, & alloquio dignari, dum ij illam inuocant: idque fouendæ pietati maximè ſit conſentaneum. Qui Hiſtorias & Annales Eccleſiaſticos, Sanctorumque vitas euoluerit, id quod dicimus in dubium non poterit vocare. *Secundæ* verò, quâ Deipara perpetuam Ordinis Carmelitarum durationem ſpondet, nullum Eccleſia-

ſticum

sticum dogma aduersatur; nullum est enim quod illorum Ordinem non adeò duraturum aut aliquandò exterminandum esse doceat: neque etiam aliquid parùm pium illa propositio continet, quin imò cum videamus illum Ordinem tot sæculorum decursibus durasse & nouissimis his temporibus, quibus in interitum suum ruere videbatur, diuinâ prouidentiâ, duplici in eo factâ reformatione, quasi reuixisse & refloruisse; & Diuinis Ecclesiasticisque dogmatibus consentaneum, & piissimum quoque est credere, Carmelum Diuino conseruante numine, perpetuò duraturum.

8 Tertiam autem propositionem hanc: *Sanctißimus & Diuino zelo illustrißimus Propheta* ELIAS, *Ordinis Carmelitarum qui modò in Ecclesia viget, prima, in Lege veteri, iecit fundamenta: eiusque proinde Author, Parens & Patriarcha est.* Ibidem in antecedentibus & subsequentibus sectionibus latissimè probat præfatus Thomas Aquinas à S. Iosepho, authoritate plurimorum, omnis conditionis, scriptorum, tum vitæ probitate, tum etiam doctrinâ præstantium; decisione celeberrimæ vniuersitatis Cantabrigensis; communi, constanti perpetuâque in toto Carmelitarum Ordine traditione, ac vnanimi omnium eius alumnorum, quanti quanti illi fuerint, consensu: Sacræ Rituum Congregationis approbatione, Summorum Ecclesiæ Pontificum testimoniis, & Deiparæ, ac diuinis reuelationibus.

S. P. ELIAS *Ordinis Carmelitani Institutor.*

lationibus. Idem argumentum ab imo ad summum solidissimè construxit Ven. P. Lezana in Apparatu ad tom. 1. Annalium, & per omnes tomos pergit continuare. Hinc idem Thomas ibidem rectè concludit: *Quod Propositio iam dicta de Patriarchatu* S. ELIÆ *in Ordinem Carmelitarum tot suffulta testificationum munimentis à nemine qui iudicij & pietatis scintillam habuerit, Ecclesiasticis dogmatibus aut pietati repugnans iudicari possit.* Idipsum de quarta, & vltima sic demonstrat: Quodnam est enim dogma Ecclesiasticum, quod ELIAM pro perpetua & in finem mundi Carmelitarum duratione, quorum ille Pater, & Institutor est, orauisse, & eandem durationem suâ oratione impetrauisse, neget, aut credi prohibeat? aut quæ impietas esse potest in eo asserendo? an fortè quod dicatur ELIAS id rogasse? sed Sanctos pro iis qui adhuc in mundo agunt, & Ordinum Patriarchas, pro eorumdem duratione & augmento orare quis ambigat Catholicorum? an verò quod dicatur idem Propheta non solùm id orasse, sed & impetrasse? sed quis ambigat virum ignitum, qui cum *oratione orasset, vt non plueret super terram annos tres & menses sex*, id impetrauit; adeò vt *toto illo tempore non pluerit*; si orauerit pro ordinis sui duratione & augmento, id non impetrasse? & tandem concludit: *Quocirca relinquitur vt certum & indubitatum Reuelationem illam legitimam prorsus & sinceram.* Hæc omnia ex sequenti articulo confirmabuntur.

In Transfiguratione orauit pro huius Ordinis stabilitate

ARTI-

ARTICVLVS VII.

Rationes VVaddingi, Reuelationem istam in dubium reuocantis, proponuntur, & soluuntur.

1 SIcut in Theologicis, & Philosophicis cæterisque scientiis, propositio, seu conclusio aliqua sufficienter probata, & vt vera demonstrata, non censetur, nisi ea quæ contra opponuntur remoueantur, & diluantur; ita, vt veritas Reuelationis, cui patrocinamur, clarius elucescat, discutiendæ hic sunt nebulæ quædam, obiectæ à Waddingo, quibus primus, & solus splendorem illustris istius Apparitionis & sponsionis nonnihil offuscauit. Is etenim in Vita S. PETRI THOMÆ, quam scripsit, Reuelationem illam & sponsionem *num.* 5. sic refert: *Æmulorum passa inuidiam magnis premebatur aduersantibus Carmelitana Religio. Matri compassus pius alumnus preces fudit ardentes ad B. Virginem, vt solito succurreret adiutorio. Apparuit in somnis B. Virgo ipsâ nocte Pentecostes, spopondité pium institutum suo cultui addictissimum nullis malis conterendum, sed perpetuò duraturum.* In notis autem, ad illa verba, PERPETVÒ DVRATVRVM, postquam eamdem Reuelationem aliis verbis ex Ioanne Hildesheim retulisset, subdit: *facilè hic hærebit lector, & si*

VVaddingus Reuelationē (de qua hic) in Vita S. Petri Thomæ refert, & admittit.

In Notis reuocat in dubium.

& si fidem omninò non deneget, proculdubio suspendet. Et ibidem paulò pòst. *Mirandum & inauditum illud videbitur, quod de intercedente Propheta, pro Carmelitarum sodalitio, inter ipsa Transfigurationis arcana refertur. Lucas Euangelista recenset sermones quos miscebant: Dicebant, inquit, excessum, quem completurus erat in Ierusalem, de Incarnationis mysterio, de mortis Ierosolymis obeundæ dispensatione loquebantur; idque breuissimo temporis interuallo. In eo Triumuiratus consessu, & Christi excessus festina ratiocinatione, quis adeò facilè credet commendatitios hos misceri sermones? aut* ELIAM *arreptâ auidè illâ occasione, importunè hæc supplicasse, quasi aliud negotiandi sibi non suppeteret tempus, neque in felicissimo, quo versatur statu, potuisset Deum aut Christum pro simili interpellare beneficio? vt omnibus obuiæ huic difficultati occurreret Cauriensis egregiè commentus est hæc corroborari Origenis manifesto testimonio in librum Numerorum; Scribit, inquit, Moysen pro suo populo Israelitico, etsi rebelli, & perfido, Christum in Transfiguratione rogasse, vt quid non potiori iure* ELIAS *pro Religione Carmelitarum, cuius erat Institutor, oraret?* Aliquibus deinde interiectis addit: *Quod verò ad rem ipsam attinet, similem promissionem de Religionis suæ duratione factam S. Francisco, scripsimus tom. 1. nostrorum Annalium, & in opusculis eiusdem sancti Patris, à nobis collectis.*

2 Ratiocinationibus istis Waddingi abundè satisfactum esse arbitramur per Ven. P. de Lezana, suprà *articulo* 2. allatum, & per V. P. Wastelium

Wastelium infra adducendum. Restat igitur hic, vt Cauriensis causam in nos tantisper suscipiamus, quem Waddingus tamquam malæ fidei, & non fideliter adducentem Origenis authoritatem, insimulat: *Cauriensis*, inquit, *egregiè commentus est hæc corroborari Origenis manifesto testimonio, in librum Numerorum*: at multis non opus est pro eius ab hac labe, expurgatione; ipsa enim Origenis verba producta sufficient. Atque ita quod Waddingus ex Origene & Cauriensi contra probabilitatem, & credibilitatem huius Reuelationis adfert, illam nedum infirmat, aut minuit, vt è contrà magis stabiliat & augeat. Aut enim testimonium illud à Cauriensi de Moyse orante pro populo suo Israëlitico, ex Origene productum, commentitium & fictitium, adeoque falsum est (vt arguit Waddingus, sed non probat: probabimus autem nos contrarium ex ipsis Origenis verbis, statim proferendis) & sic vt impertinens huc adduceretur. *Vtile per inutile non vitiatur: nec verum per adiunctionem falsi falsificatur.* Aut verum est; & ita intentum nostrum magis corroborat, vt consideranti patet.

Cauriēsem immeritò falsitatis arguit.

3 Porrò Origenes à Cauriensi adductus hæc habet *Homil.* VII. *super numeros*: *Quem*, inquit, *oportebat orare ad Dominum pro sanitate populi illius, nisi Moysen? Moyses erat pro illis, & fortè hoc erat, quod cum Domino Iesu colloquebatur, cum in monte transformatus est, petens ab eo, vt cum plenitudo*

In Transfiguratione Moyses precatus est pro populo Israël.

nitudo gentium introisset: tunc omnis Israël saluus fieret. Illâ etiam authoritare iam olim vsus fuit accuratissimus Carmelitanæ Historiæ scriptor Arnoldus Bostius: qui *libro de viris illustribus sui Ordinis cap.*21. cum retulisset ex Ioanne Hildesheim Apparitionem illam, & sponsionem à Beatissima Virgine MARIA eidem S. PETRO THOMASIO factam, subiungit: *Hic concordat, verbum Origenis super libro Numerorum, inquientis, quod Moyses in hac Apparitione orauit pro populo suo, petens vt cum plenitudo gentium introisset, omnis Israël saluus fieret. Æstimandum igitur non est, Moyse pro populo suo, qui sibi adeò rebellis semper extiterat in deserto, sollicito;* ELIAM *Carmeli cœtum singulariter suum, cui legislator peculiaris, & præceptor fuerat, non segniter auditus, neglexisse.* Vbi argumentum ducit à simili, sic: Si Moyses orauerit pro populo suo rebelli, vti tradit Origenes, omninò verisimile est, etiam ELIAM orasse pro suo Ordine. Eodem modo accipienda puto verba Cauriensis. Atque ita id quod Waddingus, occasione Origenis à Cauriensi citati, contra precationem ELIÆ pro suo Ordine, & contra dictam promissionem adfert, eandem confirmat.

4 Scrupulum istum, & alium insuper, nimirùm quòd in illa apparitione ELIAS dicatur Patronus seu Institutor Ordinis Carmelitani, in quem etiam Waddingus offendens cespitauit, & à recto Carmelitanæ historiæ tramite tantisper deuiauit, eleganter & plenè remouet no-

ster Wastelius *lib.* 1. *Vindiciarum* pro Ioanne Ierosolymitano *sect.* 5. *art.* 14. vbi ex antiquitate Ordinis & Patriarchatu ELIÆ veritatem huius Apparitionis, & ex hac ipsa Reuelatione antiquitatem Ordinis, & ELIÆ Patriarchatum demonstrat: *Egregia*, inquit, *ea Reuelatio est, quâ & ipsa Virgo consolando famulo suo* S. PETRO THOMÆ *aiebat: Petre ne timeas, quia durabit in finem Carmeli Religio nostra: nam & pro ea supplicauit etiam Filio meo primus Ordinis patronus* ELIAS *in transfiguratione: Sed hæret hic Ordinis amicus Waddingus, Chronographus Ordinis Minorum, in Notis ad vitam eiusdem* B. PETRI THOMÆ, *quam edidit strictiorem ac latiniorem; atque iudicium suum suspendit, ob ea quæ hic recitata sunt, de orante* ELIA *pro suo Ordine in transfiguratione. Et verò cedo illi lubenter vt de parte dubitet reuelationis, quamdiu eos legit qui pro fabulis habeant Ordinis Carmelitani antiquitatem: me autem iuuat murum, vt aiunt, magis accommodare amussi, quam amussim muro; imò Ordinis antiquitatem applicando Reuelationi, iustificare simul & ipsam Reuelationem intendo, & Ordinis prima initia.* Antiquitatem autem Ordinis, & à S. P. ELIA originem, per totum istum Articulum, cuius titulus est: *Moderni Carmelitæ ipsi genuini filij SS. Prophetarum* ELIÆ *& Elisæi*, ibidem & in præcedentibus probat solidè.

Rationibus VVaddingi satisfacit VVastelius

5 Transit deinde ad priorem illam partem obiectionis ex Waddingo: *Quod breuissimo temporis interuallo* peractum fuerit Transfiguratio-

nis myſterium. *Benè eſt, quod vir elegantioris litteraturæ, veræq́; hiſtoriæ ſtudioſus, nihil eorum ſuggerere omiſit quæ poſtmodum afferri potuiſſent à parte aliquâ aduerſâ. Verum enim eſt quòd Lucas Euangeliſta recenſeat ſermones, quos inter ipſa Transfigurationis arcana miſcebant inquiens:* Dicebant exceſſum quem completurus erat in Ieruſalem, *ſed eos non omnes: certumq́; eſt quod SS. Moyſis & Eliæ ſermones non fuérint tam ieiuni, atque eos ille exponere videtur. Argumentum eſt ab authoritate dumtaxat negatiuè, & ab authoritate quidem ſcriptoris vnius. Quod profectò genus argumenti vel illi Doctores nullo pacto admiſerint qui de concordia tractant Euangeliſtarum. Ipſe, credo, qui præſens aderat S.Petrus non facile in illam viam deſcendat in qua ille ponit* breuiſſimum temporis interuallum, feſtinamque ratiocinationem exceſſus Chriſti: *Ait enim cap.1, epiſt.2.* Cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto: *Item,* ſpeculatores facti illius magnitudinis. *Neque vis magna ſit teſtificationis eorum; qui quid viderint vel audierint tantùm velut per tranſennam: verbum quoque,* cum eſſemus cum eo, *nomenq́;* ſpeculationis *ſonat iuſtam temporis moram.* Reliqua videri poterunt in ipſo contextu Waſtelij. Accuratè pertractant etiam illa, & Waddingi fundamenta euertunt Lezana *to.4. Annal.ad annum* 1351. *num.*6. & Thomas Aquinas à S. Ioſepho, vnde quædam adduximus ſupra *art.*6.*num.*7.& 8. De his etiam actum eſt ſupra *art.*2.*num.*6.& 7.

ARTI-

ARTICVLVS VIII.

Colophon seu Conclusio Dissertationis.

1 EX iam dictis clarum videtur, prędictam, S. PETRO THOMASIO factam, reuelationem, & à Deipara sponsionem, immeritò tamquam dubiæ fidei taxari; alioqui nutabit credibilitas ferè omnium, aut certè plurimarum historiarum, præsertim circa vitas, seu Acta Sanctorum. Assertum enim istud, de perpetuitate Ordinis Carmelitani, & promissum à Beatiss. Virg. MARIA referunt adducti Scriptores celebres, recentiores & vetustiores, atque inter hos author, qui Reuelationis istius ex parte testis & eiusdem aliqualiter particeps fuit, vt ex dictis constat. *Reuelatio ista immeritò in dubium vocatur,*

2 Quæro, & concludo: Qui hic audiendi? an pauci, qui absque vlla alicuius anterioris authoritate, & nullo, aut leui fundamento, illam, de qua agimus, historiam in dubium reuocant? an verò plures moderni, & vetusti scriptores, illam vt certam referentes, & inter eos non leuis authoritatis qui præsens adfuit.

3 Et verò non ibo inficias, in plerorumque Sanctorum Vitis nonnulla narrari miranda, quæ si ad similem rigorem quis velit expēdere, si non fluctuatio, certè non maior quam sit à

nobis hic adstructa, certitudo obueniet. Nam vt benè Seneca *natural.qq.l.4.c.5. Si omnia argumenta ad lancem cœperimus exigere, silentium indicetur. Pauca enim admodum sunt sine aduersario: cetera etiamsi vincunt, litigant.* Existimem ergo, pleraque de S. Francisco, de S. Dominico, de S. Ignatio, aliisque referri, & haberi vt certa; quæ tamen maiori credibilitatis fundamento non nituntur, quam hæc, de qua agimus, visio & sponsio; morali scilicet, & historicâ certitudine. Legimus de S. Ignatio, inclytæ Societatis Iesv Patre Sanctissimo, quod dum pro instituto suo confirmando Romam tenderet, & in via nonnihil à sociis auulsus, inter meditabundæ mentis suspiria cælo sanctum propositum commendaret, Christus crucem baiulans ei apparuerit, eumque confortans dixerit: *Ego vobis Romæ propitius ero.* Legimus de S. Andrea Corsino, Carmeli nostri lumine, quod, dum mundanam vitans pōpam; primitias suas, id est, diuinum primum sacrificium in semoto & solitario loco perageret, gloriosam Virginem Mariam apparentem viderit, audieritque dicentem, Servvs mevs es tv, in te gloriabor. Legimus de S. Thoma Aquinate, ob Angelicam doctrinam Doctore Angelico, quod ab ipso Christo consolatoria ista audierit verba, *Bene scripsisti de me Thoma.* Legimus de S. Frācisco, quod cùm diuturnâ austeritate exhaustus, & multarum infirmitatum concursu, aggrauato esset

Alioqui omnes ferè historiæ SS. simili censuræ subiacebunt.

Referuntur Communicationes cælestes factæ variis Sanctis.

esset corpore, & ad iucunditatem spiritus excitandam, audiendi soni harmoniaci desiderium haberet, ab Angelico citharædo fuerit recreatus. Item quod *cum seraphicis desideriorum ardoribus* (vt loquitur S. Bonauentura) *sursum ageretur in Deum*, Seraphim vnum sex alas habentem viderit, & Crucifixi inter alas effigiem: *quæ disparens visio* (D. Bonauenturæ sunt verba) *mirabilem in corde ipsius reliquerit ardorem: sed in carne non minus mirabilem signorum impresserit effigiem.* Historias illas & similes non inficior, vt veras amplector, vt tales suspicio, veneror, colo. Sin minus; an non, nescio cuius, me meritò quis insimulet vitij, vt vel inuidus, vel imprudens ne dicam impudēs videar? cur verò quod in illis vim habet ad fidem, hic carebit? Cur in narratione simili dissimilis dabitur fides? Cur non ibi exceptio, si hic? aut sanè, si nulla ibi, nulla & hic facienda, nisi stet pro ratione voluntas.

Irrefragabili argumento, à simili, credibilitas Reuelationis, S. PETRO THOMÆ *facta, concluditur.*

4 Agè, dicat Waddingus vnde B. Bonauenturæ, qui S. Viri res gestas scripsit, similium gratiarum & consolationum notitia, & non fallibilis certitudo? nolim reuocare in dubium, & suspecta si habeam, suspectus habear & sim. Agnosco omnia: plura mihi & maiora de S. Francisco proponantur; & agnoscam plura & venerabor; fateborque, maiorem S. Viri esse sanctitatem, vt maiora etiam meruerit, & maioribus à Domino benedictionibus dulcedinis

fuerit præuentus. Non eſt meum, non alterius cuiuſuis eſt hominis, conceſſas è cælo Sanctis gratias fallibili humanæ rationis trutinâ ponderare. Igitur quæ certa credo, quæ vt talia veneror, vnde ad D. Bonauenturæ notitiam venerint, peto? Fatetur ipſe Vitæ à ſe ſcriptæ *cap.*13. S. Virum, *poſtquam vocatis aliquot ex Fratribus, & generalibus verbis loquens dubium propoſuiſſet, & conſilium requiſiiſſet; monitum, ne pro talento abſcondito reprehenſibilis indicaretur, motum fuiſſe, & licet alias dicere ſolitus eſſet, ſecretum meum mihi, tunc tamen, cum multo timore, ſeriem retuliſſe viſionis præfatæ,* vt animos noſtros attolleret, & accenderet, quod ſilere maluiſſet, narrauit humilis Pater. Niſi extatica ſoror noſtra Magdalena de Pazzi tam ſtupendas à ſponſo ſuo ſibi factas gratias obedientiæ merito aperuiſſet, iam eas ignoraret orbis. Nec diuinos Seraphicæ noſtræ Tereſiæ ſciremus fauores, niſi ipſam illos annotare & referre coëgiſſent Confeſſarij. Commune id animabus omnibus, quæ à cæleſti ſponſo in intimam diuinarum dulcedinum cellariam merentur introduci. Narrauit Pazzia, narrauit Tereſia, narrauit & Franciſcus. S. NOSTER PETRVS THOMASIVS, chariſſimi ſui diſcipuli Ioannis Hildesheimenſis euictus precibus, præſtitum ſibi à Matre ſua amabiliſſima MARIA Sponſionem, quam maluiſſet ſilere, aperuit. Ergò niſi ipſi manifeſtaſſent, vel omnia adhuc ignoraret orbis, vel nouo ad manifeſtatio-

Sancti gratias ſibi factas celare maluiſſent, niſi ex obedientia aut charitate proximi eas manifeſtādas duxiſſent.

Sic S. PETRVS THOMAS

manifestationem opus fuisset miraculo. Habemus similem factorum relationem, cur non similis habetur fides? Nolo hoc plus meis verbis premere, do antiqui scriptoris verba, vtpote qui D. Hieronymo anterior fuit, Arnobij *lib. 1. contra gentes*, multùm post medium vbi sic habet. *Ab hominibus hæc scripta: & illa sunt ab hominibus scripta, mortalibus edissertata sermonibus, & quidquid dicere de nostris conscriptoribus intenderitis, & de vestris hæc dicta paribus sumite atque habetote momentis. Vultis vera esse quæ in vestris comprehensa sunt scriptis: & quæ in nostris consignata sunt litteris, confiteamini necesse est esse vera.*

ad sui discipuli preces Reuelationem sibi factam aperuit.

VVaddingus vrgetur & constringitur.

5 Et verò; dum P. Waddingus totum pro infirmanda Reuelatione hac à B. Virgine S. Petro Thomasio factâ, de duraturo in finē mundi Ordine Carmelitano, adduxit in medium, subiungit: *Quod verò ad rem ipsam attinet, similem promissionem de Religionis suæ duratione factam S. Francisco scripsimus tomo 1. nostrorum Annalium.* Non timuit, ne, dum *similem* scripsisse se fassus est, non aliam quoque quam *similem* illi quis attribueret fidem? Nouit Saluatoris nostri dictum, *Eâdem mensurâ, quâ mensi fueritis, remetietur vobis.* Quid si & Reuelationem illam quis vocet in dubium? Quo reuertet? Tot & tanta de illa, vti de hac S. Petri Thomasii hic ante adducta sunt, inueniet testimonia? multum dubito. Non tamen vt vocem in dubium, ego faciam, non faciet alius quispiam, nisi qui o-

mnium ceſſare calamos & vniuerſam è mundo hiſtoriam velit exulare.

ARTICVLVS IX.

Digreſſio ad Monitum, Hiſtoriarum Scriptoribus, & Lectoribus vtile, & benè notandum.

Hiſtoria vera adiũctione apocryphæ aut falſæ non falſificatur.

1 OCcaſione dictorum, viſum duo hic notabilia proponere, hiſtoriarum ſcriptoribus profutura. Vnum eſt: hiſtoriam, ſeu rem geſtam veram inter apocrypha, aut ab Authore non ſatis fido, inter alia dubiæ fidei, aut etiam euidenter falſa, relatam, non id eo minus fore veram, aut quidquam vi probabilitatis, ſeu credibilitatis iure amittere. Qui tamen quorundam, etiam inter doctos, error videtur. Exempli gratiâ: ſi quis hæreticus textui S. Scripturæ intermiſceat erronea, aut falſa, non propterea alia minus vera aut credibilia fiunt. Quia hiſtoriis SS. Apoſtolorum Petri de Simone Mago, Pauli de S. Thecla, Thomæ quoad geſta in Indiis, aliqua fuêre aliquando à quopiam apocrypha inſerta, non idcirco hiſtoriæ illæ Apocryphæ ſunt factæ. Si hiſtoriæ vitæ S. Guilielmi aliqua fabuloſa fuerint intermixta, non propterea minuitur authoritas & credibilitas cæterorum, quæ de S. Guilielmo commemorantur.

morantur. Ita quoque, si de S. Francisco, S. Ignatio, S. Theresia, aut alio quocumque Sancto quidpiam non satis certum referatur, an idcirco alia, quæ de illis scribuntur, minus sunt vera? arbitror quod non: similiter ergo, si Cauriensis, ad confirmandam historiam Reuelationis, de qua agimus, quidpiam falsum aut dubium attulerit (quod non satis probatur, sed de contrario constat ex dictis) non ideo falsa aut dubia fieret Reuelatio ista, aliunde satis verificata.

2 Hunc notaui errorem in variis auctoribus, tractantibus de Antiquitate cæterisque historiis Carmelitani Ordinis: Legerint forte in Scriptore aliquo de Ordine hoc quidpiam, quod ipsis veritatis vestigiis insistere non videtur, aut non satis probabile apparet: hinc idem de aliis, quorum fundamenta aut non viderunt, aut non considerauerunt, iudicium ferunt eaque censurant, ex falsitate aut improbabilitate alicuius reliquorum fidem elidi aut minui putantes: non attendentes alia satis aliunde probari, ac verificari. Hoc adhuc tangemus infra artic. XI. num. I. Hic occasionaliter monitos velim lectores, ab annis aliquot editum librum, inscriptum *Paradisus Carmelitici decoris*, in quo hinc inde quædam non satis fundata contineri censent nonnulli. Falluntur verò qui propterea quod sine fundamento forte sufficienti aliqua ibi afferantur, aut in eo non satis proba-

Quidam de historia Carmelit. non rectè iudicant.

bilia nonnulla forſan habeantur, idcirco reliquorum fidem tolli, aut minui putent. Eadem ſit monitio de aliis quibuſdam Ordinis Hiſtoricis, ſicubi quædam minus veriſimilia habeant.

3 Hic conuenit quod in ſimili caſu Cardinalis Baronius *in Annot. Martyrolog. ad 9. Octob.* ſcribit: *Quod ſi ob vnum errorem vel alterum in Vitis Sanctorum inuentum, cætera quæ remanent, fide carere dixerimus: profectò omnes ferè Sanctorum Vitas in maximum diſcrimen inducemus, cum penè in omnibus aliquid notari poſſit, quod corrigendum videatur. Sitque Canonicarum tantummodò ſcripturarum ſingularis prærogatiua, vt in eis cuncta vera, inconcuſſa, certaq; narrentur.*

D. Baronij notab. dictum.

ARTICVLVS X.

Alterum notabile exhibens quaſdam regulas generales ſcribendi legendiq; hiſtorias.

1 MEminerint quoque Scriptores, Lectoreſque hiſtoriarum, vt de earum veritate iudicium ferant, eius, quod vulgari adagio iactatur: *Plus ſapere ſtultum in domo ſua, quam Sapientem in aliena*: & quod Paleſtinæo æquè prouerbio aiebat Dominus: *Ipſos videre lumen, qui domum ingrediuntur.* In hiſtoriis, inquam audiendi & ſequendi magis, cæteris paribus, domeſtici:

ci: qui quod sciunt, vtpote vel viderunt, vel ab aliis qui viderunt aut audierunt, exceperunt. Hinc infero, magis fidem habendam præfatis scriptoribus Carmelitis, referentibus, vt certam Reuelationem, quam propugnamus, quàm aliquibus exteris, de ea, vt dubia, scribentibus. De istis latius articulo seq. sub initium.

2 Præterea, Scriptoribus & Lectoribus Historiarum hoc cumprimis expendendum est, ex quo id quod ex alio scribunt, aut legunt, hauserit is, qui adfert; an ex eo cui res probè erat cognita, & qui ipse eam vel coram spectauerit, aut audierit, vel per manus à maioribus, omni fide dignis, acceperit, an verò ex alio, quem rerum series ob locorum vel temporum interuallum vel librorum inopiam latuit. Id hic applicandum nostro instituto: scriptores præfati Carmelitæ, & alij, de Reuelatione illa factâ B. PETRO THOMASIO, scribunt quæ à maioribus fide dignis, imò ab ipso præsente teste Ioanne Hildesheim, acceperunt. Waddingus autem, & alij post eum, ob temporum interuallum, librosque illam Reuelationem referentes non visos, ob leuissimam rationem, eandem incertam existimarunt.

In historiis attendendū id quod in alio legitur aut ex alio scribitur, vnde habuerit is qui adfert.

3 Frequens etiam satis vitium in pluribus animaduerto authoribus, quod aliud ex alio, aut post alios describant: atque ita si primus errauerit, errant omnes istum sequentes: quia cæcus cæco præit.

Vitia quorundam scriptorum.

Solent

Solent etiam plerique omnia existimare magna, quæ à viris magnis, quâuis viâ prodierint, authoritate, seu grauitate personæ, magis quam ratione, moueri se sinentes. Sunt & qui studiosè cauere videntur, ne, si calculo suo ad alienam sententiam accedant, aliis forsitan pluſculum honoris inde accreſcat: existimantes ſuæ gloriæ demptum iri quod alienæ acceſſerit: & depreſſione aliorum ſe extolli, haud benè, haud verè ſibi imaginantes. Hæc & alia ad propoſitum videri poterunt in Waſtelio. *lib. 1. Vindic. ſect. 5. art. 1. num. 2.*

ARTICVLVS XI.

Dubium quoddam mouetur, ac dimouetur: & eius occaſione nonnulla ſcitu digna de Carmelitana hiſtoria referantur.

1 MIrum cuipiam videri poteſt quo pacto Waddingus, grauis & accuratus hiſtoricus, tantorum ſupra-relatorum teſtimonia de iſta Reuelatione ignorauerit? Huius gratiâ lectorem beneuolum monitum velim, in Carmelitanis hiſtoriis plures, præſertim exteros, hallucinatos, idque ob duas potiſſimè cauſas: Altera eſt, quod Ordinis hiſtoricos in rebus ad ipſum ſpectantibus, veluti legitimos teſtes audire renuant: quod tamen facere debent,

Cur authores nonnulli circa hiſtoriam Carmelitanam errauerint.

bent, si errare nolint (nisi forsan in ipsis Ordinis historicis errorem manifestum deprehendant) prout grauiter monet, & probat Ven. P. Lezana *in Apparatu ad tom.1. Annalium cap.10.n.1.* his verbis: *Cum vnusquisque (teste Aristotele lib. 1. moral. c.3.) ea rectè iudicet quæ cognoscit, ambigendi locus non erat, quin vnius familiæ seu Reipublicæ homines, de iis quæ in ipsa acciderunt cæteris aptiùs iudicare poßint, ac proinde velut legitimi testes testimonium de ipsis proferre.* Et infrà *nu.3.* idipsum confirmat. *Hinc 14. causâ q.2.c.1. super prudentia, expreßè determinatum est ab Ecclesia, quod hi potißimum assumendi sunt* (in testes) *qui eadem negotia tractauerunt* &c. *Ergo ad intentum . . . Cum domestici Ordinis ij sint qui eiusdem negotia tractauerunt, & de quorum scientia, visu, vel auditu dubitari non poßit, proculdubio etiam in testes historiæ . . . . assumendi erunt. Quod & probat intemeratus, & inoffensus omnium Religionum, quæ in Ecclesia florent, vsus, quo semper peculiaria, & domestica ipsarum, alumnorumq́; gesta, à domesticis auctoribus descripta, fidem apud exteros quoscumq́; promeruisse, omnibus compertißimum est.* Idem latè tractat Wastel. *lib. 1. Vindic. sect. 5. art. 1.*

Ordinis cuiusuis historici in rebus ad ipsũ spectãtibus legitimi testes sunt.

2 Alteram hallucinationis causam assignat Wastelius ipse noster *lib. 1. Vindiciarum pro Ioanne Ierosolymitano sect. 1. art. 2. §. 2. & sect. 5. art. 1. §. 12.* videlicet, *ob non visa monumenta, & autenticas historias antiquas.* Cur autem plerisq́ue scriptoribus, præsertim ante vsum typographiæ, ea

Altera hallucinationis causa in historia Carmelitana, carẽ-

tia monumentorum authenticorum. Quare vetusta Carmelitani Ordinis monimenta multos latuerint.

ea videre non contigerit, rationem adfert ibidem: *Quod inter pauperes Fratres, illis potißimè temporibus quando tanta erat librorum caritas, monumenta & historiæ illæ in Conuentibus Ordinis, nec tamen pluribus, vix alibi reperirentur.* Et hâc ratione excusat nominatissimos Cardinales Baronium & Bellarminum, ac alios nonnullos. Quod etiam existimo applicandum Waddingo: qui si tam grauium scriptorum authoritates pro Reuelatione, quam defendimus, vidisset, numquam, credo, eam in dubium reuocasset: ac propterea amici huius scriptoris lapsus eiuscemodi veniam facile meretur; nam Ioannis Hildesheim, Bostij, Leersij opuscula, hactenus non typis edita, videre vix potuit, aliorum autem fortè non erant illi ad manum, nec de iis multum inquirere vacabat viro occupatissimo.

3 Eius occasione notandum, ad confirmationem dictorum, nondum ab annis viginti-quinque Vitam illam tam insignem & authenticam S. PETRI THOMASII Patriarchæ Constantinopolitani Viri præclarissimi, intra proximum ab eius obitu biennium, ab illustri viro Philippo Mazzerio, Cancellario, dum viueret, regni Cypri, teste vt plurimùm oculato, conscriptam, ita parùm notam fuisse, vt ipse Waddingus Magnalia per S. PETRVM patrata, & in illa Vita relata, sui Ordinis alumno Petro Theutonico (qui S. PETRO THOMASIO in Episcopatu Pactensi proximè præcesserat) adscriberet:

ſcriberet: pro vt de ſe ipſe teſtatur *in prologo Vitæ eiuſdem* S. PETRI THOMÆ, quam poſtea edidit: vbi ea quæ priùs ſuo Petro Theutonico tribuerat in PETRVM THOMAM tranſtulit.

Authentica Vita S. PETRI THOMÆ per trecentos ferè annos vix nota.

4 Vita autem iſta, multis titulis Eccleſiæ vtilis futura, poſtquam trecentis ferè annis quaſi ſub modio, & in tenebris ſita, latuiſſet, tandem luci reddita, & ſuper candelabrum Eccleſiæ, vt luceat omnibus qui in ea ſunt, expoſita fuit per RR. PP. eruditiſſimos viros Ioannem Bollandum & Godefridum Henſchenium Societatis IESV, in præclaro illo & nunquam ſatis laudando opere, quod proſequuntur, ACTA SANCTORVM nuncupato, ad diem XXIX. Ianuarij. Et in capita ac numeros diſtincta, additionibuſque & notationibus illuſtrata mox viros eximios ita rapuit, vt non modò magnoperè laudauerint, ſed & multa ex ea in hiſtorias à ſe editas tranſtulerint: Et noſtri deſiderauerint ac efflagitauerint, eam ſeorſim imprimi; vt magis ad manum ſit, ac plures eius lectione proficiant. Hinc eſt quòd eandem, ad vetus exemplar MS quod penes me eſt, quondam in Conuentu noſtro Atrebatenſi ſcriptum per F. Carolum Langelet, collatam, & nouis, luculentioribus, valdeque accuratis notis, Commentario præuio, ac variis vetuſtis, & authenticis monumentis, hactenus numquam editis, auctam, confirmatam, adornatam, nouis typis emiſerit idem R. P. Godefridus Henſchenius:

A quibus primùm edota.

ſchenius: qui initio Commentarij præuij & excellentiam S. PETRI THOMASII, & vtilitatem hiſtoriæ Vitæ eiuſdem, ſic paucis complectitur: *Effulſit trecentis abhinc annis* S. PETRVS THOMASIVS, *eximium Ordinis Carmelitici lumen, Diuinâ prouidentiâ tunc ſuper candelabrum Eccleſiarum Orientis atque Occidentis poſitum: vt clariſſimis eruditionis ac ſanctimoniæ radiis colluſtraret Gallias, Italiam, Pannonias, Illyricum, Græciam, nec non & inſulas Siciliam, Cretam, Cyprum, Eubœam aliaſq; plures: imò ipſas etiam regiones Aſiaticas, Syriacas, Ægyptiacas, ſub tenebris ferè Mahometicis illo etiam tempore deliteſcentes, fulgore Chriſtianæ lucis excitaret. Verùm ne communi mortalibus reliquis caſu, vnius momenti ſpatio (quando* VI *Ianuarij anni* MCCCLXVI *laborum ſuorum præmio donandus, in cælos migrauit) memoria tanti ſplendoris æternâ obliuione ſepeliretur, ſingulari ſupremi Numinis diſpoſitione, hiſtoria rerum præclarè ab eo geſtarum conſcripta eſt, & Vita eius noua reddita: cuius ſacro lumine poſſent viri virtutum amantes, non ipſi ſolùm in antiquo atque olim cognito orbe degentes, ſed etiam tunc necdum reperti Americani, aliiq; Indi, quotidie excitari: atque illuſtre hoc exemplum clariùs propoſitum intuiti, ſecuriùs æternæ ſalutis portum aſſequerentur.*

S. PETRI THOMÆ *encomium.*

Vita eius hiſtoria perutilis Eccleſiæ; quia virorum Apoſtolic. exemplar & calcar ad zelum ſalutis animarum.

5 De iſtis hactenùs, nec extra propoſitum; tum vt iſto exemplo manifeſtè appareat, quod ex Waſtelio diximus, plures Carmelitanæ hiſtoriæ antiquitates latuiſſe: & ob eas non viſas ſcriptores non paucos à recto tramite hiſtoricæ

veritatis

veritatis ſubinde nonnihil aberraſſe. Tum vt innoteſcat quis, & quantus fuerit S. PETRVS THOMAS, cui Reuelatio iſta de ſtabilitate Carmelitani Ordinis facta fuit.

6 Porro poſtquam typographica ars ad ſummam perducta eſt facilitatem, & perfectionem, cœpit etiam Ordinis huius hiſtoria, quaſi tenebris inuoluta, clareſcere. Et ſuperiore ſæculo aliqua, plura in præſenti, quæ in bibliothecarum noſtrarum ſcriniis latitabant, producta fuêre. In quo ſuorum ſtudiorum partem impenderunt Patres variarum Prouinciarum Ordinis huius, eruditionis famâ celebres. Thomas de IESV Hiſpanus PP. Diſcalceatorum per Germaniam & Belgium Vicarius Generalis *lib. de Antiquitate & variis Regulis Carmelitarum* &c. Thomas Saracenus Italus Bononienſis *in Menologio Sanctorum Ordinis* &c. Petrus Waſtelius Belga Prouincialis per Belgium, & Commiſſarius Generalis per Hiberniam *tribus libris Vindiciarum pro Ioanne Patriarcha Ieroſol. eiuſq; operibus.* Leo à S. Ioanne Prouincialis Turoniæ, Concionator ordinarius Regis Chriſtianiſſimi, *in Delineatione Prouinciæ Turoniæ Typo ſeu pictura veſtis Religioſæ*, vbi & Vitam dedit Ven. P. Ioannis Soreth. Segerus Pauli Colonienſis, Carmelitanæ Antiquitatis & Hiſtoricæ veritatis ſtudioſus indagator, Is Vitas plures Sanctorum collegit, & illuſtrauit, aliaque ſcripſit. Michaël Munioz Cordubenſis S. Theologiæ Magiſter *in Propugnaculo*

Domeſtici Scriptores recentiores Hiſtoriæ Carmelitanæ.

gnaculo ELIÆ. Marcus Antonius Alegrè Hiſpanus *in Paradiſo Carmelitici decoris* Matthias à S. Ioanne Prouincialis Turoniæ *in hiſtoria vniuerſali Ordinis* gallico idiomate; Dorotheus de S. Renato *in Commentario Hiſtorico-theologico in libros Regum, & Apocalypſios* & plures alij, relati à Lezana tom.1.Annal.cap.10. in Apparatu ſub finem.

7 Sacri autem Scapularis, eiuſdemque Confraternitatis Antiquitatem, & ſingularia priuilegia adornantes, & contra Ariſtarchi cuiuſdam falſa dogmata ſtrenuè propugnantes, multa ignota, & quaſi abſcondita produxerunt RR. PP. Ioannes Cheron Prouincialis Vaſconiæ, Thomas Aquinas à S. Ioſepho, Philibertus Fezaius, Irenæus à S. Iacobo. De quibus *tom.*4. *Annalium ad annum Chriſti* 1322.*nu.*15. Lezana: *Cùm doctiſſimi Viri, ſtrenui certatores ac pugiles Ioannes Cheron Burdegalenſis, Thomas Aquinas Aquitanus, Philibertus Fezaius Profeſſor Aquenſis, Irenæus à S. Iacobo Rhedonenſis, in Ordine noſtro inſignes; ac ex Ieſuitica Inclyta familia R. P. Theophilus Raynaudus, ſuprà celebratus, contra ipſum libris ſeu Tractatibus in lucem editis, egregiè ſcripſerint; ipſius falſo dogmata confutantes* &c.

S. Scapularis, & priuilegiorum eius defenſores ac illuſtratores qui:

Inter omnes autem Ordinis huius hiſtoricos præcipuam laudem promeretur ipſe Ven. P. Ioan. Bapt. de Lezana, qui multiplicibus ſcriptis, Theologicis, Iuridicis & Aſceticis editis, ponderosè quatuor Tomos Annalium elucubrauit:

brauit: quibus & totius Monastices antiquitatem solidè vendicat, & perspicuè demonstrat: atque historiam Ordinis huius ab ELIA primo ipsius Patriarcha, per annos nongentos triginta ante Saluatoris aduentum: & exinde per annos mille quingentos quatuordecim, ordinatè per annos continuatam, prosecutus est.

8. Non defuerunt etiam hoc sæculo exteri scriptores percelebres, qui Carmelitanam historiam illustrarunt, & abdita, ac quasi in tenebris sepulta monumenta vetusta in publicam notitiam protulerunt. Inter eos Ordinem hunc specialiter sibi deuinxerũt *Ecclesiastes eruditissimus* (vt eum nuncupat Iustinus Miechouiensis *super Litan. Lauret. to.* 1. *disc.* 69. *n.* 30.) & Deiparæ Virginis MARIÆ, sanctissimique eius sponsi encomiastes egregius Ioannes de Cartagena, qui tractatum scripsit copiosè & eruditè, pertractantem de Origine & Antiquitate huius Ordinis, in quo quorundam sequiùs sentientium obiectiones solidè refellit, in eoque plura vetusta adfert: Typis excusus fuit variis in locis, Antuerpiæ, & Coloniæ quidem seorsim, & ibidem ac alibi cum aliis eius homiliis, *lib.* 17. *homil.* 1. & 2. Aubertus Miręus Decanus Ecclesiæ Cathed. Antuerpiæ similem emisit Tractatum inscriptum: *Ordinis Carmelitani ab* ELIA *Propheta primùm inchoati* &c. *Origo atque incrementa*: in quo antiqua non passim obuia pandit. Georgius Coluenerius S. Theol. Doctor & Professor, Duacenæ

etiam historiã Carmelitanam illustrarũt Carthagena, Miræus, Coluenerius

Duacenæ Vniuersitatis Cancellarius & D. Petri ibidem Præpositus, in Kalendario Mariano quòd latinè & gallicè ab ipso editum passim extat, historiam Carmelitani Ordinis multum illustrat, & quidquid vel à Sanctiss. Patre ELIA, vel à Gloriosiss. Matre MARIA, decoris accepit, presse exequitur & inculcat.

Et è Societ. Iesu Salianus

9 E Societate autem IESV plures hoc æuo suis scriptis Carmeliticum Ordinem celebrarunt, atque imprimis Annalistarum veteris Testamenti facilè princeps Iacobus Salianus: qui SS. Prophetarum Eliæ & Elisæi fundatorum huius Religionis, & eorumdem discipulorum, ac sectatorum magnifica gesta explanat luculenter & eleganter, ac Ordinis huius Originem & Institutionem ad eos refert, atque ab iis *ad hunc diem, tot inter rerum, locorum temporumq́; varietates* (vt loquitur) *per hæreditariam & continuatam successionem, propagatum & seruatum* tradit & probat, specialiter autem *tom. 4. Annalium suorum ad annum mundi 3139. antè Christum 914.* agens de triumphali raptu S. P. N. ELIÆ. Bini quoque prænominati RR. PP. Ioannes Bollandus & Godefridus Henschenius, in præfato heroico illo suo opere, variorum Sanctorum Ordinis huius Acta incognita nota fecerunt, aliaq́ue studiosè indagantes, colligentes, illustrantes, ad prælum parant. Nuperrimè etiam ex eadem Societate R. P. Theophilus Raynaudus, author, si quis alius, tersus, eruditus, nec

Bollandus, Hēschenius

minus

minùs varius, atque elegantiarum huius æui flos, Ordinem Carmeliticum totum sic sibi obstrinxit, vt in Capitulo Generali, anno 1654. Romæ celebrato, singulariter omnibus Prouincialibus, cæterisque Patribus Ordinis fuerit commendatus, & ad specialem participationem bonorum spiritualium totius Ordinis in solenni illo consessu receptus. Insignis enim eius ingenij amœnitas in defensionem, & illustrationem sacri *Partheno-Carmelitici Scapularis* magnoperè redundauit: vt idem Ven. P. Lezana *tomo 4. Annalium* tractans de dicto S. Scapulari, & referens præcipuos illius, & Priuilegiorum eiusdem defensores, iteratis vicibus, singulari encomio ipsum celebrat, his & similibus verbis: *Præ cæteris autem R. P. Theophilus Raynaudus, adeò insignis author, vt eruditione & doctrinâ vix parem hoc sæculum nouerit, integro opere, cui titulus est Scapulare Partheno-Carmeliticum, enucleatè & luculenter corroborat* (nempe S. Scapulare à Beatiss. Virg. MARIA traditum S. Simoni, eiusque Priuilegia) *& calamo, vt solet, politissimo, nouum hunc scriptorem* (Ioannem Launoyum) *redarguit.* Ita *tom.4. Annal. ad annum Christi* 1251. *num.*12. *& num.*21. atque ad *annum* 1322. *nu.*13. *&* 14. & alibi. *Raynandus*

ARTICVLVS XII.

Thesaurus absconditus Ordinis Carmelitani manifestatur.

Thesaurus Ordinis Carmelit. scripta vetusta

1 CVm de vetustis Ordinis historiis & monumentis sermo inciderit, non iniucundum futurum curioso Lectori arbitror, eiuscemodi scriptorum antiquorum thesaurum, in Prouincia hac Belgica latentem, partim iam erutum, partimque propediem eruendum, indicasse, tum vt quærentes inuenire queant, tum vt manifestius fiat quod artic. præcedenti dictum ex Wastelio: *Scriptores plures circa historiam Carmelitanam cæcutiisse, ob non visa illa monumenta Ordinis.*

Antiquiss. est Liber de Instit. Ordinis. Græcè conscriptus an. 412.

2 *Primum* hoc loco referendum occurrit, antiquitate & felici ac profundâ S. Scripturæ interpretatione venerabile Opusculum, Græco eloquio à mille ducentis annis & suprà (anno Domini 412.) scriptum per Ioannem Ierosolymitanum Patriarcham XLIV. post S. Iacobum: in quo priscorum Patrum huius Religionis gesta, historiæ instar, & futurorum documenta, ac Institutiones, ad modum Regulæ, traduntur. *Omniaq; quæ ad vitæ Monasticæ ac Religiosæ perfectionem necessaria vel vtilia esse possunt mirabiliter amplectens.* Ita Lezana *tom. 3. Annal. ad annum Christi 412. num. 5.* Ex græco in latinum traductum

traductum fuit ante annos quingentos (circa annum Christi 1142.) per Aymericum Patriarcham Antiochenũ, prout habetur ex S. Cyrillo Constantinop. ipsi Aymerico ferè synchrono, *libro ad Eusebium in speculo Ordinis lib.*8.*c.*1. & aliis Ordinis historicis, apud Lezana *tom.*4. *Annal. ad annum Christi* 1142. *n.*1. *&* 2. Eius MSS. exemplaria vetusta extant in Conuentibus Ordinis nostri, Gandaui, & Mechliniæ in *MS. Speculo Ordinis* : & Bruxellis seorsim. Antiquissimum istud Ordinis monimentum, munimentum, & ornamentum demum Venetiis prælo datum fuit anno 1507. insertum speculo Ordinis (de quo statim) at multis scatens erratis. Emendatius prodiit Parisiis anno 1589. *in tomo* 9. *Bibliothecæ SS. Patrum* operâ Margarini Bignæi Doctoris Parisiensis, ac deinde Antuerpiæ anno 1617. iunctum eruditis commentariis V. P. Thomæ de Iesv, ac denique correctiori limâ & diligentissimâ collatione ad accuratam fidem trium MSS. veterum Codicum studiosissimè elucubrauit, notis illustrauit, & integro libro Vindiciarum suo authori asseruit Ven. P. Wastelius: sicque cum aliis præfati Ioannis Ierosolymorum Antistitis, operibus vindicatis, Bruxellis ex typographia Mommartiana exiit anno 1643. & iterum Romæ, insertum tomo 3. Annalium Ordinis.

Latinitate donatus anno 1142.

Primùm impressus anno 1507.

& deinde sæpius.

3 Huic proximè subiungendum celebre volumen, nuncupatum Speculum Ordinis

Speculum Ordinis Carmelit. præclarum opus.

seu *Libri decem de Institutione & peculiaribus gestis Religiosorum Carmelitarum*, compilatum per Philippum Ribotum Hispanum: qui claruit ab annis fermè trecentis, in sacra pagina Doctor, Prouincialis Cataloniæ, & in aliquot Capitulis Generalibus Definitor Generalis. Hoc opus variis in locis plurimum commendat Ven. P. Lezana, *in Annalibus* nominatim *in Apparatu ad to.* 1. *cap.* 10. *nu.* 13. *& to.* 4. *ad annum* 1386. *nu.* 5. sic: *Inter claros etiam Ordinis Viros sub hoc tempore merito referimus Philippum Ribboti, nostri Ordinis Illustrem valdè Professorem: natione fuit Hispanus, patria Catalanus*: & infrà: *Hoc est illud præclarum volumen, de quo sæpius nos egimus, quod Generali vocabulo* SPECVLVM ORDINIS *nuncupatur, imo &* MAGNVM SPECVLVM ORDINIS *ad differentiam alterius quod* PARVVM SPECVLVM ORDINIS *dicitur*. Semel duntaxat Venetiis ante annos centum quinquaginta editum fuit typis, sed adeò impuris, vt variis in locis sensum vix quisquam assequi queat. Incipit sic: *Cum populum Israël*: & ita desinit: *Cui sit laus . . . . per infinita sæculorum sæcula. Amen.* Eius tria exemplaria vetusta MSS. reperiuntur in Belgio, vnum Conuentus Gandauensis, in pergameno, ante ducentos annos scriptum, Parisiis in Regali Collegio Nauarræ per Ioannem Simonis de Noua Terra, ibidem studiosum anno 1446. oriundum ex Zelandia. Alterum in Conuentu Mechliniensi duo-de-quadraginta annis posteriùs, videlicet an Domini

Eius vetusta MSS. exemplaria vbi extent:

1484.

1484. manu ipsius Ioannis Oudewater, aliàs Paleonydori, percelebr.s, Ordinis huius, historici, exaratum. Tertium in idioma gallicum, traductum, in Conuentu Monialium Carmelitissarum Namurci. Ad horum fidem diligenti facta collatione, à mendis expurgatum, & primæuo nitori suo restitutum, ad nouam editionem, horis quasi succisiuis parari, notisque illustrari pridem cœptum est, propediem, Deo fauente, prodíturum iuxta instructionem desuper missam ab eximio P. Lezana, vnà cum aliis quibusdam ex sequentibus Opusculis, hactenus ineditis, partim ex variis bibliothecis seu archiuiis Conuentuum huius Prouinciæ transcriptis, partim ex aliis Prouinciis huc transmissis: ea sunt. *Paratur ad prælum*

4 *Oraculum S. Cyrilli Constantinopolitani*, prophetico spiritu & doctrinâ illustris, tertij Prioris Generalis Carmelitani: à Deo per Angelum duabus tabellis argenteis ei destinatum: cum Commentariolo Abbatis Ioachimi. Eius magnam partem habet, & Ordini suo Minorum applicat Bartholomæus de Pisis *libro Conformitatum vitæ S. Francisci ad vitam D.N. Iesu Christi.* Etiam eius fragmenta quædam continentur in Dictionario Symbolico Antonij Ricciardi Brixiani. Est penes me. Prima verba sunt: *Tempore annorum Christi à millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto.* Vltima autem: Hæc *non inuidebit superbis cornutis à tergo.* Scripsit etiam hic *etiam Oraculum Angelicum S. Cyrilli,*

Sanctus Opusculum aliud, per modum epistolæ, ad Eusebium Eremitam montis Neroi, *De processu & Regula huius Ordinis*. Insertum est præfato *Speculo Ordinis, libro* 8.

Ignea sagitta Nicolai Gallici.

5 *Ignea sagitta* Venerabilis sanctitate & doctrinâ viri *Nicolai Gallici*, Eliano zelo succensi, septimi Prioris Generalis huius Ordinis: scripta anno 1270. quam Lezana *to.4. Annal.* ad dictum annum *nu.*8. nuncupat: *Librum breuem quidem, aureum tamen, elegantiâ & Dei spiritu plenum*. Extat etiam inter alia collectanea nostra. Initium est: *Omnibus suis concaptiuis pauper Nicolaus*. finis: *Datum & factum anno* 1270. *mense Februario in monte Eratrof hostibus terribili, vbi domus Dei & ianua paradisi.*

Dialogus de Ord. Carmelit, Ioãnis Hildesheim,

6 *Ioannis Hildesheim*, discipuli S. PETRI THOMASII, diuinis & humanis scientiis excellenter instructi Tractatus, *De Principio Ordinis Fratrum gloriosissimæ Dei Genitricis* MARIÆ, *contra detractores eiusdem, per modum Dialogi*. Habetur in libro MS. Conuentus Mechliniensis, exordium est: *Vetustæ Religionis Carmeli Montis*. Epilogi clausula: *Cuius nomen sit benedictum in æternum. Amen.*

Viridarium Ioan. Grossij.

7 *Viridarium Ordinis Sanctissimæ Dei Genitricis* MARIÆ, magis amplum quàm in speculo Ordinis contineatur: Authore Reuerendissimo Magistro *Ioanne Grossio*, quondam Ordinis Generale. Continetur in eodem libro MS. Conuentus Mechliniensis, & habent P.P. Societatis IESV Antuerpiæ, ex Codice Francofurtensi descriptum.

descriptum. Initiatur : *Quia rebus grandibus paruula non sufficiunt ingenia.*

8 *Thomas Scropus* (aliàs Bradley) Anglus, vitæ austeritate, doctrinâ & authoritate fulgidum sydus huius Ordinis in Anglia, ab Eugenio IV. Episcopus Dromorensis in Hibernia institutus, & ab eodem Legatus ad Rhodios destinatus, inter alia opera scripsit bina de Ordine suo, alterum *De Fundatione, Intitulatione, Antiquitate, Regula & Confirmatione Ordinis Fratrum gloriosiss. Dei Genitricis semperq; Virginis* MARIÆ, *de Monte Carmelo.* Comprehenditur in eodem volumine Conuentus Mechliniensis, & inter scripta nostra. Inchoatur sic. *Quia Isaias Propheta.* Alterum *Chronica Fratrum Ordinis Beatiss.* MARIÆ *Virginis de Monte Carmeli ad Eugenium Papam.* Est inter monumenta ad me missa. Exordium est: *Eugenio beatiss. Papæ quarto . . . . Thomas Bradley.* *Thomæ Scropi bina opuscula,*

9 *Collectarium Exemplorum & miraculorum qualiter gloriosissima Dei Genitrix Virgo semper* MARIA *Carmelitarum Fratrum Patrona singularissima & singulare refugium Ordinem suum & Fratres prouexit, protexit, ampliauit, exaltauit, quotidie honorat & custodit.* Insigne illud opusculum scriptum est ab annis ducentis in Conuentu nostro Atrebatensi per *Balduinum Leersium*, virum pium & eruditum. Coniungitur cum aliis MSS. Conuentus Mechliniensis, & nostris. Primordialia verba sunt : *Religiosi Fratres* B. MARIÆ *de Monte Carmeli.* In alio sic : *Religiosi Carmelitæ.* *Collectariū exemplorū Balduini Leersij.*

10 *Arnoldus*

Arnoldi Boſtij varia Opuſcula,

10 *Arnoldus Boſtius* Carmeli Gandenſis ſingulare decus (de quo ſupra art.3.nu.2.) inter multa quibus doctrinam & pietatem ſuam manifeſtam fecit, ſpecialiter Ordinem hunc concernunt *Dulciſsimum opus de Patronatu* MARIÆ; *vbi adeo ſuauiter de huius Sanctiſsimæ Dei-parentis laudibus ſcribit, vt nullus, quem viderim, ipſi ſuperior ſit, inferiores multi, æquales pauci.* Ita Lezana *to.4. Annal.ad annum* 1499.*n.* 5. Prologi initium eſt: *Patri amabili & honorando.* Aſſeruatur in Conuentu noſtro Colon. & inter ſcripta noſtra. Liber *de illuſtribus viris ſui Ordinis* & *Breuiloquium tripartitum de Inſtitutione, Intitulatione ac Confirmatione eiuſdem Ordinis.* Vtrumque eſt in Conuentu Mechlin. & inter Collectanea noſtra: In priori prima verba Prologi ſunt: *Vetuſtæ Religionis Deiferæ* MARIÆ. In poſteriori: *Ad honorem Chriſtiferæ Virginis* MARIÆ. Et *ſpeculum hiſtoriale*: quod aſſeruatur in bibliotheca noſtri Conuentus Aſtenſis, in Lombardia: & tranſcriptum hîc expectatur.

Libellus verſuum heroicor.

11 *Libellus Verſuum heroicorum de Antiquitate & ſucceſſu Ordinis Carmelitani* per *Gerardum Edamum Harlemenſem* Poëtam, ab annis circiter ducentis. In Codice Mechlinienſi & ſcriptis noſtris. Primus verſus eſt:

Tanta eſt Carmeli Fratrum de Monte vetuſtas,

12 *Martini Itali* (quem Aubert Miræus lib. *De Orig. & incrementis Ord. Carmel. cap.*7. appellat *Oratorum ſui ſæculi lumen,* Tractatus de *titulo &*

viris

viris illustribus Ordinis Carmelitani. In eodem libro Conuentus Mechlin. Exordium est: *Etsi dicendi munus.*

13 Codex præfatus Mechlin. præter iam dicta Opuscula MSS. etiam ista continet: *Compendium historiarum, ac Iurium pro defensione Ordinis Carmelit.* per *Ioannem Bachonem*: qui, *Doctor resolutus* nuncupatus, claruit ante annos trecentos. *Speculum* (paruum) *Ordinis eiusdem* per *Ioannem de Thimeto* (vtrumque istud impressum fuit Venetiis anno 1507. in speculo Ordinis: at sicut alia ibidem, vitiosè: correctiùs in illo Mechliniensi habentur) *Tabulare Ordinis Deiferæ* MARIÆ *Virginis de Monte Carmelo* per *Petrum Brunum*, quondam Carmeli Gandensis Priorem, impressum Alosti per Theodoricum Mertens à ducentis ferè annis, circa annum 1474.) & alia Miscellanea. *& alia Opuscula*

14 *Bullarium vetus Ordinis* in pergameno exaratum asseruatur in Conuentu nostro Bruxellensi: *Vita S. Angelæ* filiæ Regis Bohemiæ, huius Ordinis Monialis, Flandrico idiomate, vetusto charactere scripta, in Conuentu Carmelitissarum, vulgò *Sion*, Brugis. Speculum autem magnum Ordinis Carmelitani, impressum Venetiis (cuius iam aliquoties mentio facta fuit) extat in Conuentibus nostris Vallencenis & Gelriæ &c & in bibliotheca PP. Begardorum seu tertij Ordinis S Francisci Antuerpiæ, compactum vnà cum commentario in libros sententiarum *Bullarium Ordinis Vita S. Angelæ.*

tentiarum noſtri *Michaëlis de Bononia*.

Blaſij Hoitij & Philippi Metij Tractatus.

15 *Blaſij Hoitij* Poloni *De Ortu & progreſſu ſacri Ordinis Prophetici* ELIÆ *Patrisglorioſiſſimi, cum Declaratione Prouinciarum & Conuentuum ferè totius Ordinis*. Sic incipit: *Multos preſſit premitq; ignorantia. Vitæ illuſtrium Sanctorum Ordinis Fratrum* B. MARIÆ *Virginis de Monte Carmelo* Compendio conſcriptæ per *Philippum Metium* Strabingenſem. Eſt vtrumque etiam inter ſcripta noſtra. Principium eſt: S. ELIAS *è Continenti Arabum. Chronologia vitæ S. Simonis Stock* diligenter & accuratè diſpoſita per *Segerum Pauli Carmelitam Colonienſ.* commendata à Ven. P. Lezana in ſuis Annal. *to.4. ad annum Chriſti* 1165. & alibi. Autographum ad nos fuit tranſmiſſum. Exordium eſt: *anno Chriſti* 1165. *Naſcitur S. Simon Anglicus in Cantia, Comitatu Angliæ*. Denique *Vitæ ſeu Acta Variorum Sanctorum*, quædam vetuſta, quædam à dicto P. Segero concinnata. Inter Collectanea noſtra.

Chronologia Vitæ S. Simonis.

Scriptores alij plures de Ordine Carmel. indicantur.

16 Authorum aliorum recentiorum relatorum articulo præcedenti Tractus, libri ſeu Opuſcula, de Ordine Carmelitano, & quorundam vetuſtiorum vt *Thomæ Waldenſis* præſtantiſſimi Theologi (qui dictus fuit: *Validus Eccleſiæ enſis*) nonnulla variis in locis per occaſionem inſerta ſuo *Doctrinali fidei*, aliiſque Operibus, de Inſtitutione & Antiquitate Ordinis Carmelitarum. *B. Ioannis Soreth Expoſitio Parœnetica* in Regulam. *Ioannis Trithemij* Abbatis Libri duo, alter

de Origine, & Laudibus, alter *de scriptoribus Ordinis huius: Baptistæ Mantuani* Poëtæ & Oratoris celeberrimi, *Apologia pro Ordine Carmelitarum* ad Sigismundum Gonzagam Cardinalem S.R.E. & alia de Antiquitate, Origine & Sanctis Ordinis, in variis libris, ab ipso editis, in quatuor Voluminibus Antuerpiæ & alibi excusis. *Ioannis Paleonydori fasciculus* seu *liber tripartitus de Origine, Antiquitate, & Sanctimonia Ordinis eiusdem. Petri Lucij Bibliotheca Carmelitana*: & aliorum plurimorum, quos recenset Lezana tom. 1. Annal. in Apparatu cap. 12. Scripta de hoc Ordine, quia typis excusa fuêre, faciliùs à quærentibus inueniri poterunt.

17 De nonnullis fortè prædictorum MSS. nondum editorum, sed adhuc in bibliothecarum particularium scriniis existentium, accipiendum id, quod ad calcem cuiusdam Opusculi de scriptoribus & Sanctis Ordinis, authore Ioanne Currifice, adscriptum reperitur, in hunc modum: *Hæc anno 1593. Spiræ ex quodam antiquo libro descripta sunt, cum visitaret R.P. Matthias Nyrsanus nomine R.P. Laurentij Cuperi, piæ memoriæ. Quidam Pater Societ. Iesu his præteritis annis, cum perlustrasset Bibliothecas Ordinis, dixit ad quosdam è nostris, Ecclesiam pati magnum damnum, quod libri illi non committantur prælo, quos vidit apud PP. Carmelitas. Si hæc scriberentur gratissimo Patri Generali, non dubito quin mandaret aliquibus vt publicarent.* *Dictum cuiusdam P. Societ. Iesv.*
Peragrauerat is Pater Hispanias; vnde verisimile

le ibi plura eiuſcemodi, & Theologica, aliaue præclara & illuſtria MSS. nondũ edita, extare.

EPILOGVS

CVm, atteſtante S. Archangelo Raphaele, *Opera Dei reuelare & confiteri, honorificum ſit* *Tob.* 12. vt illa cognita ad eius laudem nos prouocent; id ratus locum habere in celebri illa Reuelatione & Sponſione cæleſti, à SS. Deipara facta B. PETRO THOMASIO, eam manifeſtandam, propugnandam, & illuſtrandam cenſui, & ſuſcepi eo fine, vt diſcuſſis ratiuncularum obiectarum nubeculis, clariùs refulgeat, & vt Carmeliticus Ordo totus, tanto tam benignæ Matris fauore non vulgari, ad maiorem eius venerationem, deuotionem, fiduciam, & ad condignas gratiarum actiones rependendas, excitetur. Hâc ratione ſpero fore, vt labor ille meus haud inutilis ſit legentibus, nec ingratus Deo, atque illi quæ *elucidantibus ſe vitam æternam habituros* addixit. *Cant.* 24.

Quo fine ſcriptum hoc Opuſculum.

Non incongruè, ſed opportunè nonnulla adiicienda videbantur, de hiſtoriæ Carmelitanæ vetuſtis monimentis, non paſſim notis: quæ ſi quibuſdam authoribus, de hoc Ordine eiuſue Antiquitate, & à S. P. N. ELIA Origine, ac ſucceſſione minùs rectè ſentientibus, viſa fuiſſent, haud dubium quin aliter ſcripſiſſent. *Dies diem illuminat: nam poſterior prioris eſt magiſter:*

&

& veritas manens in æternum, nunquam deficiens, omnibus prævalens, omniaque vincens, licet quandoque *in nubilo* latens abſcondatur deinde tamen eluceſcens nitidiùs ſplendeſcit. *Talis* enim *eſt veritatis natura, vt vnde magis oppugnatur inde magis confirmetur.* S. Chryſoſt. *hom. 57. ad populum Antioch.*

Ad maiorem Dei Deiparæque Virginis noſtræ ſingularis Patronæ, ac S. P. N. ELIÆ & S. PETRI THOMASII gloriam.

F I N I S.

INDEX

INDEX

Cum, testante morum Præceptore Senecâ, faciliùs per partes in cognitionem totius adducamur, Opusculum hoc diuisum est in Articulos: & hi in Numeros. Sequitur hic series Articulorum: Numerorum autem Summaria exhibent Notæ marginales.

PROLOGVS.

Quod Ordo Carmeliticus à suo primordio fuerit Marianus, & Marianis beneficiis iugiter conseruatus, ac in finem mundi duraturus. Atque hinc in sermonem & rem ingressio.

ART.

FINIS.

FACVLTAS REVERENDISSIMI P. GENERALIS.

F. Marius Venturinus S. T. Magiſter ac humilis Prior Generalis, nec non Commiſſarius ac Viſitator Apoſtolicus Ordinis Fratrum Beatiſſimæ Virg. Dei Genitricis MARIÆ de Monte Carmelo.

CVm Diſſertationem de Reuelatione ac Sponſione Deiparæ factam S. PETRO THOMÆ Patriarchæ Conſtantinopolitano, de perpetuitate Ordinis Fratrum Beatiſſimæ Virg. MARIÆ de Monte Carmelo, à Reuerendo P. Daniele à Virgine MARIA Prouinciæ noſtræ Belgicæ Exprouinciali, Conuentus noſtri Mechlinienſis Priore compoſitam, duo Religionis noſtræ Theologi recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint; Authoritate noſtrâ tenore præſentium facultatem concedimus, vt, ſeruatis ſeruandis, typis mandetur. Datum Romæ die 8 Febr. 1659.

F. Marius Venturinus Generalis Carmelitarum.

Locus † ſigilli.

APPRO-

APPROBATIO THEOLOGORUM ORDINIS.

INfra-ſcripti,in Carmelo Louanienſi S. Theologiæ Regentes, maturè perpendimus R. P. Danielis à Virgine MARIA Conuentus noſtri Mechlinienſis Prioris, ac Exprouincialis, Diſſertationem Apologeticam: quâ, debitâ, eâque forti & ſolidâ authoritate, Reuelationem & Sponſionem Deiparæ, S. PETRO THOMÆ Patriarchæ Conſtantinopolitano factam, de Perpetuitate S. Ordinis noſtri gloriosè aſſerit: quia proinde doctè conſcripta eſt, & fide digna, eam perpetuâ luce donandam cenſemus. Datum Louanij 2. Ianuarij 1659.

F. Franciſcus Bonæ Spei Carmelita.
F. Benedictus à Matre Dei Carmelita.

APPROBATIO CENSORIS.

HÆc Dissertatio Apologetica R. P. Danielis à Virg. Maria, nihil continens quod Catholicæ fidei, aut bonis moribus, aduersetur; ad maiorem Dei ac Deiparæ gloriam, vti & ad honorem SS. Eliæ, & Petri Thomasij, ac sacri Ordinis Dei Genitricis MARIÆ de Monte Carmelo, vtiliter imprimetur, sicut & Scala virtutum eiusdem S. Petri Thomasij. Actum anno 28. Augusti 1659.

GVILIELMVS BOLOGNINO
S. Th. Lic. Eccl. Cathed. Canonicus & Lib. Censor.